

vicissim exiguum quid mihi praestiteris. Quod ubi recepit se facturum ille, cum Galenus iracundia motum, ratione, non verberibus, & inhibendum, & coercendum, philosophica disputatione ostendit, id quod neque uno die, neque uno anno praestari possit, sed longa assuetudine. Gortynensis ergo lorum abiecit, praestantiorum superandis, & sedandis ira methodum edocuit. *Galeni de Cognoscendis, & cur. animi morbis, cap. 4.*

Eulogius presbyter Alexandrinus, leprosum quandam domi susceptum per annos xv. humanissime aluerat. Sed cum ab eo, cui, contempto contagiosi morbi periculo, suis ipse manibus ministrabat, contumelias afficeretur, Antonium Abbatem consuluit, utrum illum dimittere deberet. Ille vero utriusque consuluit: modicum adhuc fuissent, donec alter pietatis, & patientiae stadium emerit: alter ingratitude vitium emendaret, ne graviorem animi, quam corporis lepra incurreret. Itaque cum admoniti tranquillius manere simul crepissent, Eulogius dies xl. supervixit, leprosus die tertio post obiit. *Marul. l. 5. c. 2.*

B *Debortatione, Obtestatione.*

Onomademus Chiis, postquam adversam factionem superasset, quibusdam censentibus omnes diverse factionis urbe pellendos, negavit expedire dicens: Se vereri, ne omnibus inimicis ad unum ejectionis, inter amicos existerent dissidia. *Erasm. l. 6. Apoph.*

Laconum duorum puerorum pugnantium alteri alter salce lethale vulnus infixit. Cum autem Pueri familiares expirato denunciarent, executores se facinus, ac percussorem interempturos: Dii prohibent, inquit, neque enim id rectum sit. Idem ego, si praevitissim, & fuisset fortis, fecissem. *Plut. in Lacon.*

Philippo defuncto immolare ob letum nuncium Phocion prohibuit Atheniensem populum, quippe abieci animi esse, malis exultare alienis: dicens exercitum, qui cum ipsis ad Charoneam conflixerat, uno tantum homine esse diminutum. *Plut. in Phocione.*

Phocion, cum calix ei deferretur, rogatus, nunquid ad filium veller: Hoc unum, inquit, ne qua in nos adfuerint Athenienses, ad memoriam revocet. *Plut. in Apoph.*

C DEMONAX philosophus, cum quandam vidisset servum suum virgis traquentem: Desine, inquit, te servo tuo similem offendere. Servus enim est, qui suis affectibus, & cupiditatibus imperare nequit. *Erasm. l. 8. Apoph.*

PERSEUS Macedonia rex à L. Emilio P. in triumpho ductus cum in carcere profundissimum, & fecidissim. cum liberis suis projectus esset, adeoque loco per septem dies jacuisset: tandemque ei gladius ad occisionem, restis ad strangulationem projectus esset, data utriusvis optione: L. Emilius, curia praes, & suam dignitatem & patriae aequitatem retinens, Senatui cum gravi reprehensione commonefecit, ut si humano metui non terrentur, at ultricem certe fortunam vererentur, quae in eos animadvertere soleat, qui potestatis superbiis utuntur. Itaque ille in mitiore datus custodiam fuit, in qua post biennium vitam finivit. *Diod. Sic. l. 31.*

Ut assumpso imperio Scipio Pompeii focer, post pugnam Pharsalicam, Uticæ statuit in gratiam Jubæ omnes sine discrimine atatis interficere, urbemque quasi cum Caesare sententiam excindere: non tulit id Cato: verum praesentes testatus, D vociferatusque in consilio, & deum fidem implorans, agrè exemit illos miseris horum crudelitati: ac partim eis orantibus, partim contentente Scipione, custodiam urbis recepit ut neque volens, neque invita conjungeretur Caesari. Erat enim locus ille ad omnia opportunus, & affluens obtinentibus: qui multo magis est à Catone firmatus. *Plutarch. in Catoe.*

Francisco Foscaro, duci Venetorum immerito ducales dignitates trium senatorum praecipue ambitione abrogata fuit. E ducario privatas aedes repetens, ubi quarto post die obiit, suos omnes admonuisse fertur, ne ullo tempore memores esse vellent injuriæ illatæ. *Egnat. l. 4. c. 2.*

SINAS Judæus, dux copiarum, Hariadenum Barbarosam Tuneti tyrannum à Carolo V. vidum, à cæde fervorum Christianorum cohibuit, & quos ille circumposito, & incenso tormentato pulvere in ergastulis concremare volebat: quod id consilium viro forti, tot victoris inclyto, regique diadematis honorem praesertim indignum foret. *Jovius libro 24.*

Precibus, Lachrymis.

ARCHIDAMUS Agellus F. Lacedæmoniorum rex, Phocionibus, qui Delphicum templum spoliantes, auxilia tulit contra Thebanos, corruptus pecunia facta à Phocionem primoribus tum ipse, tum uxor eius Denicha. Illud tamen in eo laude dignum, quod cum Phocionem in modum Delphorum militarem atatem trucidare, liberos & uxores in servitute rapere, ipsam denique urbem funditus evertere in animo haberent, unus tam insignem cladem deprecatus est. *Paus. in Lacon.*

Nicias Engui Siciliae oppidi civis primarius, frustra persuadens suis defectionem à Pœnis ad Romanos, cum civis illum Pœnis dedituri essent, simulata infania ad M. Marcellum effugit Syracusas. Post multa exinde facinora, & contumelias Enguinorum, cum omnes Marcellus in vincula dedisset, statuisseque fumere de iis supplicium, afflitit plenus lachrymarum Nicias. Postremo ad genua Marcelli advolutus, & deprecatus pro civibus suis est, exorsus ab inimicis. Ita fractus ille liberavit omnes: Niciam vero lato agro, munerebusque amplis donavit. *Ex Posthonia Philosopho Plut. in Marcello.*

Vido ad Thermopylas Antiocho, M. Attilius Glabrio consul eos, qui cum rege fecerant, Ætolos alios circumfedit, alios regi Macedonia Philippo concessit subjugare: cumque Heracliam excidisset, Naupactum, quam Ætoli tenebant, obsidat. Miseratus T. Quintius Flaminius legatus Græcos, transmisit ex Peloponneso ad consulem. Ac primum increpavit eum, quod videt Philippum serere belli prœmia rapere, & iræ indulgens, dum non paucos gentes, & reges à Macedonia in ditionem redigerentur, ad unam desideret civitatem. Deinde obfessis, ut ex muro Quintum confpexerunt, implorantibus operem ejus, & non mandentibus, precantibusque: nullo in præsentia dato responso, convertit se, & lacrymabundus digestus est. Post egit cum Attilio, lenitque ejus indignatione, impetravit Ætolis inducias, & spacium, quo missis Romam legatis condiciones leviores peterent. *Plut. in Flaminio.*

Verberibus.

Cum in Thietmaria sub archiepiscopo Hartuico solennia Missarum faceret Evermodus Episcopus Raceburgensis, accidit, ut homicidium fieret. Episcopus interea populum crudens, inter alia de divino præcepto charitatis communice, cum in oratione Dominica postulemus dimitti nobis, quemmadmodum & nos dimittimus. Conversus in illum, ad quem occisi proxima pertinebat injuria, orabat, ut culpam remitteret occisori. Ubi ille non moveretur, descendit ex arbore Pontifex, & sacris reliquiis in manu gestatis procidit ad pedes ejus, orans veniam occisori. Ille per Deum, & quicquid est sanctum jurat, nunquam se dimissurum. Exurgit Pontifex, & contemni benedictionem alapam durissime infixit. Ille manibus statim conjunctis, veniam concessit. Itaque per alapam vir sanctus damonem, qui cor ejus tenebat astrictum effugavit. *Crantz. l. 5. Vind. c. ult.*

Præmio dato, vel denegato.

Apud Lacedæmonios, si dux fortiter dimicasset, & cruento Marte, magnaque hostium clade vicisset, trophæo loco gallum diis immolabat. Qui vero deditione, & pacto, nec nimium cruenta victoria potitus, belli mala vitasset, bovem sacrificabat. Ut significarent, magis dedecere Imperatorem (juxta Periclis sententiam) consilio, & astu, quam gladio, & multo sanguine fuso victoria potiri. *Alex. l. 1. c. 22.*

Apud Romanos contra civis bello victos, quae lugubris vi-H storia erat, neque dux imperator censebatur, neque ovare, aut triumphare, vel supplicationes cuiquam decernere, dum Respublicæ, ut unquam permissum fuit. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 22.*

EXEMPLO.

Vide sub Tit. seu Discipuli Clementia, Occasionis præfatione.

Ad eam clementi ingenio Augustus fuit, ut sibi similes amicos omnes optaret. Id patuit, cum eo apud Vedium Polliionem conante, servus crystallinum vas confregisset. Nam domini iusta muranarum pabulo damnatus, in vivarium perferrebat. Is cum ducentium manus effugisset, sed Augusti pedes provolvit, id unum petens, ut alio mortis genere periret. Augustus ut mortis causam, genusque intellexit, solvi servum iussit: virgulaque omnia Polliionis crystallina perfregit, vivariaque evertebat. *Suetonius, & Dion. & Plinius l. 9. cap. 23.*

DISCIPULI CLEMENTIÆ, Manufactudinis. Perpendendo A QUIBUS DIDICERINT.

Per apparitions.

A Cum Alexander Magnus Hierosolymis cum exercitu appropinquaret, insecto multis de causis animo, in magnum metum illius urbis populum coniecerat. Quamobrem Jaddu pontifex, post longas ad Deum orationes, cum in somnum incidisset, Deum vidit dormienti sibi dicentem: Ne formidaret, sed Alexandro pontificia amictus veste se offerret. Credit Jaddu somnio, in eumque morem, qui prædictus erat, ornatus ipse cum aliis sacerdotibus stolis postero die Alexandro occurrit, ut venientem exciperet. Quem Alexander intuitus, ex equo descendit: & huius genu imixtus, eum adoravit, petitaque omnia concessit. Quod cum Alexandri duces, alique mirarentur, & illud Alexandri animadvertisset, dixit: Prædicte ejus diei, Deum in somnis se vidisse eo habitu: quo Jaddu viderat amictum, graviter vitæ suæ comminans, si quid Judæos offendisset. Cui somnio cum fidem non haberet, Jaddo conspecto in ea veste, qua amictum Dei effigiem viderat, Deum se, & non Pontificem coluisse. Mirum profecto, duorum diversorum hominum somnia ita convenisse. *Fulg. l. 1. c. 5.*

B Capta Tyana urbe Assæ, quæ rebellaverat, Aurelianus Imper. dum solus in territorio irarum plenus de evertenda cogitaret, coram oblatum sibi non sine magno horrore Apollonium Tyaneum philosophum vidit, qui diu antè mortuus erat, subinvenit: Aurelianus, si cupis vincere, non est quod de civium meorum nece cogites: Aurelianus, si imperare vis, à cruce innocentium abstinere: Aurelianus, clementer te geras, si vicisse cupis. *Cal. l. 17. c. 13. A. L. ex Flav. Vopisco.*

C ATTILA, Hunnorum rex, vastans Italiam, cum Romam invadere constituisset, à Leone Papa, quem ad eum reconciliandum Valentinianus Augustus abjegerat, placatus est. Paulus Diaconus, & Marianus abente interrogatus à suis, quamobrem demeritis, & petitionibus sacerdotis parvisset? respondisse: Nihil se quidem commotum sacerdotis persona, quem ne honore quidem aliquo dignatus fuisset: sed vidisse se propter illum factum senem habitu sacerdotali, forma augusta venerabilem, gladio evaginato mortem minitantem, nisi ad omnia, quæ Pontifex peteret, fuisset obsecutus. *Quæserus generatione 16 Siegeb. anno Christi 454. Bonif. Decad. 1.*

MAURICUS Imp. qui Gregorium Magnum Pp. persequatur, cum solus esset in conclavi, vidit monachum ad se intrantem, strictoque enfe ferociter minitantem, nisi à Pontificis persecutione protinus cessaret. Eo viso territus, & veniam à Pontifice petit, & odium in amicitiam commutavit. Victus est igitur Imp. patientia, quem atma vincere non potuissent. *Marul. l. 5. c. 1.*

CONRADO II. Cæsare bellis diversis distento, Longobardi facta conspiratione jurarunt, se nulli Domino nisi ad nutum suum omnia gerenti obtemperaturos. Ad hos comprimendos Cæsar Mediolanum, cujus Episcopus primas ferè tenebat, obsedit. Verum cum inter celebrationem Missæ fulgura, & tonitrua stupenda fuissent exorta, & Bruno Heripolenis Episcopus, ac alii Ambrosium atrociam Cæsari minitantem in ea acris intemperie sibi apparuisse dicerent, combustis suburbii Imp. recessit, ann. Dom. 1037. juxta **D** Contractum, qui Mediolanensem fuga elapsum rebellasse Imperatori, addit. Ann. 1039. Siegeb. habet. *Signon. lib. 8. reg. Ital.*

COLOMANNUS, Hungarorum rex, Jaderam Dalmatiæ urbem propter frequentes defectiones incendio perdere statuerat. In somnis ei D. Nicolaus Jaderensis olim Episcopus apparuit, eumque ob conceptum animo facinus crinibus correptum, aureo flagello miserimè cæcidit, ita ut expergiscens vibices in corpore videret, & sentiret. Proinde Jaderam licet novarum rerum cupidam suis moribus vivere permittit. *Bonfinius l. 5. Decad. 2.*

Ab Hostibus.

CN. POMPEIUS Magnus, cum Mærtinos, quod hostium partibus ad hæsitent, interficere omnes statuisset: Sthenius, ejus civitatis princeps, Pompejum adit, & his verbis loquutus est: Non æquum facis, Pompei, qui propter me unum noxium, multos innoxios occidere paras. Ea animi magnitudine motus ille Mærtinos pepercit, civitatemque, & Sthenium liberavit. *Plut. in Apoph.*

Capta Roma, ineunti Totila Gothorum regi templum, Pelagius diaconus occurrit, Christi evangelium in manibus gestans, ac genibus positus supplicabundus: Parce, inquit, o princeps, tuis. Cui ille caccinans respondit: Nunc mihi demum supplicaturus advenisti, Pelagi? tum ille: Maxime, inquit, quoniam tuum me servum effecit Deus: verum ab his jam abstinere manus, quibus in servitute cessere. His periculis vocibus Totilas, militibus edicto suis mandavit, ne quem posthac Romanorum occiderent, atque urbem ita diriperent, ut sibi preciosissima quæque servarent. *Sig. l. 19. Imp. occid.*

A. Brutis.

Leo, Basilii Macedonis Imp. F. à monacho Theodoro Sandabareno apud patrem in fidiarum causa delatus, in carcere coniectus est. Erat Imperatori pistracis in cavea suspensa. Hic quodam tempore cum Imperat. ad convivium Senatores præcipuos vocasset, hanc vocem inter edendum sapinfulè edebat: Heu, heu, Domine Leo. Quæ voce convivæ tristiores redditi, cibo, potaque omisso cogitabundi assederant. Imperatore causam perquirente, illi oculos lachrymis oppleti: Quomodo inquit, Imp. cibum capiamus, voce bestiarum studios oburgati nos, qui rationis compotes, & dominorum studiosi credimur? bruta hæc avis Domini sui nomen invocat: nos luxui dediti, insonent oblivioni mandamus. His verbis mitigatus Cæsar, Leonem carcere e ductum, in conspectum suum admittit, vestem lugubrem demisit, comæ superflua, quæ per luctum creverant, auferri jussit, dignitatemque Cæsaris pristinam reddidit. *Cædrens.*

JARMERICUS Danorum rex Broderum F. falsò incestus cum Suvaldo noverca infimulatum suspensio adjudicatur, ita ut laqueo illum innoxius, à famulis subiectum astrictum tenentibus sustentaretur, quem ubi illi defatigati remississent, rei mortis ejus forent, regemque à partidici crimine liberarent. Interea canis Broderi latratu lamentabili veluti defuncti Domini supplicium videbatur. Eiusdemque illatus accipiter alciimas plumas rostro evellere cepit. Rex omen abacturus orbitatis, præpropere filium laqueo eximi jussit. Sic ille servatus est. *Saxo l. 8. & Crantz. l. 2. Danie. c. 17.*

Ab Inimicis.

DIODORUS circubat in Ceramico stipem à statuis petens, ostenditque mirantibus, repullam ferre medicari se. *Plut. de immo dia. veracundia.*

QUOMODO AD CLEMENTIAM traducti fuerint. Puta Religione.

Lacones antequam bellum hostibus inferrent. Musis immolabant, Clementiæque, & Amicitia, non Marti. Satiis enim esse putabant, pacatione hostium animos conciliare, quam prælii subire aliam. *Plut. de Non irascendo. Philosophia.*

DION Syracusanos à tyrannide Dionysii liberaverat. Illi ingrati, Heraclidis navarchi suavi xxv. prætoribus creatis, Dionem ignominiosè urbe expulerunt. Victi autem à Nypisio Dionysii duce Dionem denuo supplices advocarunt. Ille hostes in arcem compulsi. Heraclides, & Theodorus ultro dederunt sese Dionem, culpam fatentes, penam deprecantes. At amicum monerunt illum, ne improbis hominibus parceret, sed Heraclidem permittit militibus, atque è repub. ambitionem popularem extirparet, morbum tyrannidem non minus vastantem. Quos placans Dion, demonstavit, cæteros H duces plurimum ponere meditationis in armis, & bello: si verò longo tempore in Academia iram commentatum, invdiamque, & amulationem omnem vincere. Eius esse documentum non in animos, & bonos moderationem, verum si injuriam inferentibus placabilis, & in peccantes sis lenis. Ergo ut non tam opibus, & prudentia, quam clementia, & iustitia superare videretur: Heraclidem, & Theodorum missos fecit. *Plut. in Dione.*

Consilio, Persuasione.

JOANNES Comnenus Imp. Alexii F. conjurato bonis tantum multavit, humanitatem ab ipsa conjurationis principe, Anna Cæsariis, forore sua Bryennii (in quem transferre regnum conabatur) uxore auspiciatus. Cum omnis generis opes in domo Bryennii congestas spectaret, naturæ ordinem inversum esse questus, quod cognatos hostes, alienos amicos habuisset: etiam opes ad amicos transire oportere dixit: & omnia magnum domesticum Joannem Aruchum, natione Persam,

Perfam, accipere iustit. Is vero Imperatori auctor fuit, ut se ipsum humanitate vinceret, & fortorem liberalitate non expectata sibi conciliaret. *Nicias Choniates.*

Fortune inconstantia.

Cyrus cum multos haberet reges captivos, solenni quadam festivitate eos quadrigas, quibus vehebatur, humeris suis agitare iussit. Eorum quidam crebro respiciens, rotas spectavit sursum, deorsumque se circumeuntes. Quod cum animadvertisset Cyrus, indignabundus interrogavit: Quid ita subinde se convertens, rectum quadrigarum incessum turbaret. Is timide respondit: cum rotas sursum, deorsumque volvi cernat, vita instabilitatem considerate, in qua summa ad imum devolvuntur, ima ad summum evehuntur. Hoc audiens Cyrus, atque animo reputans, cum comiter honore affectum, in quadrigas sustulit, liberatumque & ipsum, & reliquos donavit. *Cedrenus in Compendio hist.* Sed hoc idem alio loco tribuit Ludovico II. regi Francorum erga Sultanum Saracenum, quem cepit Capuz. At *Tausus Diaconus, & Nerephorus* Sciostris Aegyptiorum regi.

Idem Cerelem Lydorum regem pyræ impostum, hunc sibi exitum à Solone prædictum asserentem audiens, dimisit. *Herod. l. 1.*

GILMER Vandalorum rex in Africa, captus à Belisario Justiniani Imp. duce: & in triumphum ductus Constantino-polim, cum in hippodromo Imperatorem in alta sede constitutum, populumque circumstantem contempserit, constitit, ac furorem fatum considerans, illud Ecclesiasticis memoravit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, Justinianus humanæ vitæ vicissitudines æstimans, ipsum solvit vinculis, & apud se aliquandiu in magno honore habuit: tandem cum omnibus suis in Galatia quædam loca inhabitare concessit. *Evagrius l. 4. c. 17. Procopius l. 3. de bello Vand. Blondus lib. 3. Dec. 1. Paulus Diac. l. 17. serm. Rom.*

Metu.

VALENTINIANUS I. Imp. erat ad pavores irritos aliquoties abjectus pallens, & quod nusquam erat inattente formidans. Quo intellecto magister officiorum Remigius, cum eum ex incendentibus ira fervere sentiret, fieri motus quosdam barbaricos inter alia subferebat: hocque ille audito, quia timore mox frangebatur, ut Antoninus Pius, erat serenus, & clemens. *Amm. Marcell. l. 30.*

Libera confessione.

Atheniensibus in more fuit, noxios interrogare, quid meriti essent? Esi liberè mortem respondissent, confessione solliciti contenti, eos miriore supplicio afficiebant. Socrates similiter interrogatus, cum dignum se alimentis in Prytaneo respondisset, iudicium iram in se concitavit.

Impetravit ab Athanasio urbis antistite Alexandrina mulier tam dives quam nobilis, ut ex viduis, quæ Ecclesiæ sumptu alebantur, daretur sibi una aliqua alenda. Data est illi mulier miti, & suavi ingenio, cujus facilitate auctum est matronæ studium in pauperes. Poposcit sibi alteram dari. Casu, an consilio, non facile dixerim, data est pervicax, & inhumana mulier: ex qua cum ex pio hospicio probra, & sæva verbera reportaret: gratias egit Athanasio, quod talem dedisset, per quam patientie cultu exerceatur. *Sab. l. 9. c. 1.*

Magistratus susceptione.

Sex. Julius Salinator est Cl. Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat, testimonio eius præcipue afflictus: tamen postquam cum inde revocatum civis collegam illi in consula-tu dederunt, & ingenii sui, quod erat acerrimum, & injuria, quam gravissimam acceperat, oblivisci sibi imperavit: ne si dissidente animo consortium imperii usurpare voluisset, pertinacem exhibendo inimicum, malum consulens ageret. Quæ quidem mentis in tranquilliorum habitum inclinatio, in aspero, ac difficili temporum articulo, plurimum salutis urbi, atque Italiae attulit, quia pari virtutis impetu connixi, terribiles Punicas vires contuderunt. *Val. Max. l. 4. c. 2. & l. 7. c. 2.*

M. AEMILIUS Lepidus bis & Cos. & Pont. max. diutinas, ac vehementes inimicitias cum Ful. Flacco ejusdem amplitudinis viro gessit: quas, ut simul censores renuntiati sunt, in campo deposuit: existimans, non oportere eos privatis odiis diffidere, qui publicæ summæ juncti essent potestati. *Valer. ibid. & Gellius.*

Insignibus, Notis.

Apud Rom. majoribus magistratibus virgæ annexæ securibus colligata præferantur; quæ nota esset, non debere præcipitem, & solum iram esse magistratus. Sed & moralalata, & cunctatio, dum sensim virgæ solvuntur, identidem consilium mutare poterat de plebendo. Quando autem vitia sunt quadam corrigibilia, deplorata alia: castigant virgæ, quod revocari valet: inemendabile secures præcidunt. *Plutarch. in Quæst. Rom.*

Ocasione deserta.

Apud Spartanos judicia, & lites unâ emigraverunt cum nummis: quia neque affluentia inter eos, neque indigentia erat, sed omnia æqualia in copia, & parabilia habebant ex frugalitate. *Plut. in Lycurgo.*

CLEMENTIÆ CONSERVATIO, QUÆ spectatur in ira, & vindictâ præcavenda.

OCCASIONES IRÆ ANTEVERTERE, tollere, præcidere. SIBI IPSI.

Cum Abraham, & Loth pastores assiduus jurgiis tenderent, placuit utrique, ut ex Bethel discederent utriusque. Itaque Abraham in Chanana, Loth in oppidis compæstribus habitavit circa Sodomam. *Gen. 13.*

ISAAC Patriarcha (ut in Genesi legitur) Gerar apud Abimelech Palæstinorum regem confidens, cum multa rerum, hominumque copia auctus fuisset, in invidiam incidit. Ejectus ergo abiit: & semper ubi tranquillius vivere posset quærens, Bersabæ sibi posuit fedem. *Gen. 26.*

JACOB invidiantem fratrem Esau maluit fugere, etiam in longinquas regiones, quam vicem odii compensare: eumque reversus multis muneribus honoravit, ut sibi placatum faceret. *Gen. 28.* Post reditum Jacob à Laban focero, cum Esau, & Jacob in Chanana maximis opibus pollerent, Esau cum omnibus suis aliò concessit, ut à fratre longius abesset, quoniam propter copiam facultatum simul habitare nequibant. *Gen. 36.*

ACHILLES cum iracundiam suam probè nosset, Priamum pro filio Hæctore, quem occiderat, supplicentem monuit, ut omnem acerbitatem in orando vitaret, ne se magis irritaret, *G. Odys. 20.*

ἡνέκα νῦν ἐν ἀποδίκῃ γάρ, νόον δὲ ἐν αὐτοῖς ἔωπα σοὶ κίονα
Mox etiam cadaver lotum, & velatum curru imponit, priusquam à Priamo conficeretur:

οὐδὲ μὲν ἀργυρίῳ ἢ χρυσῷ χόλον ἐπὶ ἀριστοῦ παῖδα ἰδὼν, ἀχρῶν δὲ δερμῶν φίλον ἔσθω.

COTYS rex Thracum, cum esset natura celer ad iram, sævulusque castigatorem eorum, qui in ministerio deliquissent, hospes quidam ad illum detulit vascula fragilia, tenuisque, sed, scite curiosèque cæpta, tormoque elaborata. At is hospitii quidem dedit munera, cæterum vascula omnia confregit. Demirantibus cur id faceret: Ne, inquit, seviram in eos, qui fracturi erant. Prudentis est naturæ suæ motum agnoscere, & vitio materiam præcipere: hujus autem prudentiæ sômes est ipsum clementiæ studium. *Plut. in Regum apoph.*

Vir magni animi P. Scipio Africanus, à Tribus de interventa Astatica pecunia accusatus, facile contemnens inimicorum invidiam, cedere ex Urbe maluit, quam intellensis discordiis civitatem evertere. Nec jam ipse, ut Coriolanus, Alcibiades, H. alique permalti ex antiquorum memoria, inestis patriæ signa inferenda putavit, nec exteras gentes, potentissimos reges commovendos sensit, ut eorum auxilium fultus, ei civitati vim afferret, quam spolis, triumphisque decorarat. *Plut.*

Cn. Pompeii erga Sertorianos, C. Jul. Cæsaris erga Pompejanos, æmulam moderationem in ultione præcavenda. *Pete ex Loco præcedente.*

AUGUSTUS, Sex. Pompejo victo, Lepido in ordinem redacto, Romam reversus, omnes epistolas, quas suspitionis aliquid continerent, ad obliterandam omnium offensionum memoriam publicè concrenavit: præfatus rempub. restituere constituisse, cum primum M. Antonius ex Partico esset bello reversus: confidere se futurum, ut ille cives libens esset principatum depositurus, postquam civiles discordiis sopita essent. *Sab. l. 9. Enn. 6.*

Titus Vespasianus Imp. ut ne vindictâ vel justissimæ occasionem

tionem haberet, Pontificum maximum, vel hoc solo nomine ne accipere se testatus est, uti puras servaret manus. *Suet.*

ANTIOCHUS sophista, cum malè vulgò audiret, veluti formidolosus, quòd nec prodiret in concionem, nec respicienda capesseret. Non vos inquit, metui, sed me ipsum, agnoscens bilem suam venenosiorem, quam ut cohiberi posset. Sensit idem Plato: qui fuit iracundiore ingenii, ad discipulum quidem esse idoneos, ad gerendam temp. non item. *Pbilosophatus in Sophisticis.*

ÆGYPTIUS quidam monachus interrogatus. Cur ad eos omnibus corporis voluptatibus subtraheret, respondit: Ut hac ratione omnem iræ causam, & occasionem præcidam. Ira quippe, ut de voluptatibus certans accenditur, ita voluptatum suppressione sopitur. *Nicæph. Callistus l. 11. Eccles. hist. cap. 43. ex Evagrius.*

FREDERICUS III. Saxoniz dux, Elector, atces munire, pecunias congerere, susperdidit: ne his ceu calcaribus stimulatus, leves injurias bello persequi cogere. Ferendo, & diffimulando respiciendis relictis quam inferendo, & ulciscendo, administrari à Christiano principe judicans. *Joan. Agricola, B in proverb. German. Sat. machi nus.*

ALIIS.

VEDIUS Pollio, cum Augustum Cæsarem invitasset, & pincerna poculum crystallinum fregisset, eundem more suo in pincerna abjectum muranis dandum curavit. Cæsar ejus pocula omnia perfrigit, ne tanta crudelitate porro haberet occasionem. *Dion. in Augusto, & Plin. l. 9. c. 23.*

Constantinus Magn. in Nicæna synodo libellos supplices Episcoporum privatas causas agentium non lectos spectantibus cunctis concrenavit: indignum dicens, illos, qui fratres essent, inter se digladiari, & hæreticis anam invadendi ovilis præbere: neque se commiserum, ut Christis Domini judicando impius judicaret. *Eusebius.*

EMENDA, CORRI-genda. Per POENITENTIAM.

Aufonius Poeta Pater sic de seipso in *Epicædio* loquitur: *Irasci promptus præparavi condere matum, Atque mihi penas pro levitate dedi.*

Macarium Alexandrinum Scythioteæ solitudinis cultorem tradunt, dum culicis scitu percitus palmæ percussione illam extinxisset, mox facti poenitentem ita afflixisset se, ut sex menses nudus ultrò culicum moribus se expulserit, tulerique multarum injuriam, qui unius non percolerat. *Marulus lib. 5. c. 2.*

Iratus Theodosius Imp. quòd Thessalonicensis in theatro militem occidisset, vel (ut alii volunt) judicem suum, agrè retentus à sacerdotibus Italicis est, quò minus omnes Thessalonicensis occideret. Qui postea ad se rediens: re cognita, & lachrymis poenitentiam prope patris sceleris egit, & legem tulit, ut sententiæ principum super animadversione prolata, in tertium diem differerentur, quò misericordiaz, vel poenitentiz locus daretur. Ferunt Theodosium ipsum, si quando ira percitus fuisset, hæc deinceps cunctatione usum, ut notas omnium literarum expressè teneret, quò interim itæ daretur locus. *Platina.*

OTHO I. Imper. Paschatis festo non aulicos tantum, sed & principes Imperii epulo magnifico excipere consueverat. Cum dapes regio lux inferret, puer nobilissimus quidam fame urgente manum patinae immisit. Id agrè ferens dapifer, alamp pueri impedit. Dapiferus pueri percitus, dapiferum transdidit. Nec mora, ab ipso Cæsare, cæstantibus reliquis ob diem festum comprehensus, tanta vi relatus est, ut nisi fa-tellites intervenissent, Othonem ipsum interfecisset: Jamque in vincula dapiferus ducebatur, læzæ majestatis reus. Cæsar verò refectum altius perpensa, Nihil gravius in eum committatis, inquit: Utrius majus delictum? Ego resurrexeris dominicæ, ille majestatis imperatoris oblitus est. Præstat ergo non judicare, quam judicari. *Joannes Paulus in Fociferiis.*

LUDOVICUS XII. Galliz rex, capta anno MDXI. Bononia, cum Pont. Julii II. & multo magis Venetorum copiapene omnes fusa, ac dissipata fuisset, nec Italia arma essent in Italia, quæ victoris impetum possent retinere: magis forte pio, quam utili consilio, Joan. Jacobo Trulzio, ut Bononia in Bentivolorum (quos ipse Pontifice cætos prius fortuna

restituatur) potestate relicta, & si quid aliud Pontificii juris occupasset, ipsi restituro, quamprimum exercitum in Medio-lanensium fines reduceret, imperavit. Ne quod publicæ laticiaz signum in suo regno ederet, prohibuit: sapulque coram multis, se, etiam nec in pontifice peccasset, nec quidquam nisi provocatus, & coactus egisset, tamen ob sedis Rom. Reverentiam demisè veniam petere velle, affirmavit. *Guicciardinus lib. 10.*

COMMISERATIONEM.

M. Marcellus, captus Syracusis, at ex superioribus locis urbem pulcherrimam, maximamque subiectam oculis vidit, il-lachrymas se multum dicitur, miseratus imminentem calamitatem: cum subiret cogitatio, quam fœda facies mox urbis ex præsentem, ac species directæ à militibus futura esset. Nam inter præfectos nemo erat, qui militibus prædam concedi urbis sibi postulantibus denegare auderet, cum etiam instarent multi, ut inflammaretur, atque solo aquaretur. Cæterum id planè abnuit Marcellus. Concessit tamen, sed id quidem etiam perinvitus, ut pecunia, & servicia prædæ essent. Edixit autem, ne quis liberum corpus violaret, neve quem interficeret civem, vel stupraret, vel in servitum raperet. *Plut. in Marcellis, & Cic. ad in Verrem.*

TITUS Imp. Antiochia in Aegyptum profectus, cum Hierosolymam venisset, recollectione splendoris pristini lacrymas tenere non potuit, & diris devotit seditionis Judæos, qui in testinis dissensionibus se ad excidium tantæ urbis vel invitum compulissent. *Joseph. l. 7. c. 24. belli Judaici.*

P. Scipio Africanus minor, ardentem videns Carthaginiem, propter clarissimæ urbis excidium lacrymas tenere non potuit, multoque magis quòd simili igne Romam patriam aliquando conflaturam vir prudens prospiceret. *Aulianus vita.*

L. LUCULLUS bello Mithridatico Amasum urbem nobilissimam ad mare Ponticum sitam expugnavit. Quam sub primam militum irruptionem, hostium consilio incensam, servare Lucullus non potuit. Dedit proinde illius excidio lacrymas, quæstus quòd non ut Syllæ Athenas, ita sibi Amasum servare licuisset. Amatenos ad se vocatos consolatus est, pecuniaque, & veste singulos civium juvit: hortatusque est ad urbem restituendam, adjectique pristinae magnitudinis cxx. stadia. Flammam imber, dum capitur urbs, divino quodam casu effusus extinxit. Pleraque ipse ante discessum suum, quæ diruta fuerant, instauravit. *Ex Plut. Lucullo. Sab. l. 4. Enn. 6.*

RECONCILIAND ALIOS TUM SIBI. RECONCILIATI ALIIS.

Clementia pedisseque est Reconciatio. Quæ cum ad amicitiaz ortum proprie pertineat, eo loco exempla plerique produximus. Huc etiam refer Titulum Prudentiæ in reconciando. Item, *Hopes in bello benevolentia vincere: illie Prudentiæ, hic Clementiæ ratio habetur.*

Pythagorici nulla conjuncti sanguinis necessitudine, solidam communis doctrinæ confortes, si quando ira procecti in contumelias eruperent, prius quam occumberet sol, dextris junctis inter se complexi in gratiam redibant. *Plut. de pietate erga fratres.*

Euclides Socraticus, *Vide Tir. de prudentia. O. amicitia politica prudenter consulere.*

Agathon Abbas gloriatu est, se nunquam cepisse somnum, nisi prius & suam adversum alios, & aliorum adversum se indignationem placando sopivisset, implens illud breve quidem, sed multæ perfectionis præceptum: *Divertere à malo, H & sic bonum: inquire pacem, & persequere eam Bunden dicere solum accedimus: Iracundus Deo, atque hominibus odio esse. Sicut enim humilitas pacem conservat, ita iracundia concitat lites, concordiam dissipat. Marulus l. 3. cap. 6.*

GUNTHRANUS rex apud Parisios convocavit Episcopos omnes sui regni, ut litem inter se, & Siebertum cognoscerent, & sua sententia dirimerent. *Turon. l. 4. c. 47.*

Ludovicus XII. Gallorum rex, quo die Carolo VIII. uxoris suæ fratri in regno successus est, amicorum uni, petenti dono sibi dari fortunas Aurelianensis civis, qui in Ludovicum hostili animo semper fuerat, strenuè id negavit, atque alia majora pollicitus est, inquit: Ridendum merito Gallorum regem, si Aurelianensis civis injurias ulcisceretur. Quinque omnes eos, qui Carolo parnerant, eodem loco apud se tenuit: ita ut excepta regis persona, quæ mutata erat, nihil in Caroli aula mutatum videretur: mirumque omnibus esset, Ludovico

ostrogis stipatores esset, qui olim captivum ex praelio duxerant: & eidem in honore illos aitare, qui, ut in custodia tam diu servaretur, consulerant: atque ipsos qui in carcere cum affervant, ea vultu lætitia, hisque animis, quibus Carolo operam dederant, inservire illi, quem ante ut hostem captivum habuerant. Fulg. l. 4. c. 1.

Canutus Danorum regis Erici II. F. Nicolai nepos, cum Henricum Sclavorum ducem multis praelis fregisset, dimisso exercitu viginti duntaxat equitibus comitatus, ad locum, in quo Henricum diversari didicerat, cursum direxit, præmissis, qui suæ ei salutacionis mandata perferrent. Henricus falso hostem sibi blandiri inquit, protinus ubinam esset perquirentem intulit. Quibus cum in porta adesse referentibus, ipse nuncio attonitus, mensam, ad quam forte prandendi gratia ducumbebat, vi manus retulit. Tunc legati præsentiam ducis à pace profectam jurantes, conceptum falso metum affirmationum suarum perseverantia discusserunt. Henricus ergo tabulæ iniixus, suffuso lachrymis ore, infelicem Daniam futuram, dum tali viro carcerit, aiebat: se verò amicitiam ejus sanctæ amodò fide culturum. Deinde præsentem amplexatus, haud parcius lacrymas, quam epulum præbuit. Canutus vicissim, quasi mediatoris partes agere exorsus: Henricum avunculi Nicolai gratiam expetere jussit, ac demum consensum ejus perseverantia admonitionis obtinuit. Siquidem Henricus rem maternam, cujus repetendæ causa adversa Danis armatulerat, precii pactione interposita, Canuto in possessionem adscripsit, & Canutus receptam ab rege pecuniam Henrico numeravit, Henricus vicissim Canutum regionis suæ heredem scripsit. Saxo l. 13.

Joannes Gualbertus eques Florentinus, fratris unici interfectorum gladio jam evaginato percussurus, ubi supplicem per crucifixi honorem veniam petentem audivit, mira animi magnitudine ei reconciliatus est. Fulg. l. 3. c. 1. & Polyd. l. 7. c. 2. de Invent. rerum.

ALIIS. RECONCILIATORES. PACIS AUCTORES, SUASORES ALIIS.

Consule Tit. Prudentia in reconciliando, quando Paris studium necessarid conjunctum habet. Item Titulum Amicitie magistris, illic benevolentia, hic Clementie ratio habetur.

Qui. Pacem suadent, procurant. Sacri homines.

D. Bernardus pacificus fuit, schismata Ecclesiastica, & motus politico magna gravitate, & auctoritate sedans. Sic inter Episcopum, & Populum Rhemensem transegit. Auctor vitæ lib. 1. cap. 14. Romæ tumultum à Petro Leonis excitatum prudenter compescuit. l. 2. c. 7. Moguntiam profectus est, ut inter Imperatorem Lotharium, & Conradum successorem transigeret. l. 4. c. 3. Eodem modo non multo ante finem vitæ inter Metenses, & vicinos quosdam viros principes pacem fecit. lib. 5. c. 1.

Simonetus ordinis Eremitarum, ultrò citroque commens cum nunc Venetos, nunc Franciscum Sforciam ad concordiam pluribus verbis adhortatus esset, eò tandem perpulit, ut pacem inicit federibus firmarent, quæ omnium consensu quinto Idus Aprilis publicè per præcones enunciata est 1454. his federibus, ut quæ cuiusque ante id bellum fuissent, redirentur, præter gerram Abduz, quam Franciscus de Venetis, & Castilionum Piscarie, quod Alfonso de Florentinis ceperat. Platina de Nicolao F.

Principes. Dissentiebant inter se Bavarus, & Austriacus principes de finibus. Fredericus Barbarossa Imp. cum propter ardorem cognitionem plus valeret apud Austriacum, persuasit ei, ut de suo jure potius concedere, ac regredi, quam progredi vellet: daret hoc publice paci Germaniæ, daret auspiciis suis imperii. Et ut hanc facturam facilius faceret, auxit honore familiarum Austriacæ: cum enim antea Marchiones essent, duicali titulo eos ornavit. Ingesti Imp. Frederici.

Inter Germaniæ principes Electores, Comites Palatini pacis studio semper fuisse celebres, & veti splendorum. Eapropter tot Frederici inter eos exiterunt, convenienti suis moribus nomine.

Henricus IV. Imp. cum inter Boleslaum Poloniæ regem, & Uratislaum Boemiam ducem diffidium atrox extitisset, jamquæd arma devenitum esset, & detrimenti multum; aucto-

ritatem suam interponit Imperator, & conventum indicit Mynsæ, ubi à diffidio, & maleficio utrumque jubet desistere. Idque nisi faciant, profectur se locum fore ei, qui prior arma deponant, ad oppugnandum alterum. Hoc decretum in Mynsenit templo recitatum est. Matth. Dresserus Millen. 7.

SOLYMANUS Turcarum Imp. obsidione Viennensi anno 1329. deserta, Budam reversus Joannem Sepulium Ungariæ regem constituit, beneficiariumque, & amicum appellavit, adjunxitque ei Aloysium Gritum, Veneti principis Andree F. pro confirmando regno. Accidit autem ut Solymanus Joannem in ejus tabernaculum cum proceribus Hungaris admittissum impensè rogaret, ut Paulo Strigonienfi, & Petro Pereno parere veller, qui sacramenti immemores idem quod sibi antea, dum coronaretur; officium Ferdinando præstiterant. Ad id clementie munus, cum duriorum se ostenderet Joannes, propter illorum levitatem, Solymanus vocem paululum intendens: An tibi, inquit, in hac vita melius, atque honestius quicquam evenire posse putas, quam si te tua clementia, qui tui sunt hostes, ingrati puto mortales evadant, hoc est, æterno ignominia probro notati, cum in te semperiterna probi, & clementis animi lava mansura sit? Joannis lib. 28. Hist.

Laurentius Priolus dux Venetorum XXXI. A. C. 1556. optimarum artium studii clarus, pestilentie lue sedata, admirabili prudentia administrata Republ. Pontificæ, ac Cæsarem Neapolitano bello distractus in pristina amicitiam reduxit, ut ex Italia diuturnis bellorum incommodis afflictata irruptiones, atque arma exterarum gentium salubri consilio pellerentur. Obiit 1559. Symbolo usus Elephante, cum inscriptione: Nactetur. H. Hennings in Genealog. Priolorum.

Viresores.

Agonothetes Argis Nemeorum creatus. T. Quintius Flaminus Proconsul, victo Philippo, ludicrum optime digessit, ac Græcis illic iterum voce præconis pronuntiavit libertatem, ut prius in Isthmiis: urbelique peragrans, egregia disciplina, magna justitia, concordiaque, & amicitia eas inter se conglutinavit, componens seditiones, exules reducens, atque ovans quod Græcos inter se conciliaret benevolentia, non minus quam quod domasset Macedonas, ut minimum jam ducerent illi ejus beneficiorum libertatis munus. Plutarchus in Flaminio.

Arbitri delecti.

Mitylenæos, atque Athenienses reduxit in gratiam Periander Cypseli F. qui delectus arbiter, ut eos reconciliavit, ut utrique ea coleret, quæ habebat. Atque hoc modo Sigæum factum est Atheniensium, cujus causa inter se dimicabant, quoniam Pisistratus illud Mitylenæis eriperat. Herodotus lib. 5.

Archidamas Lacedæmonius, Zeuxippi filius, inter duos colligantes arbiter electus, cum ambos in Chalcidæci Minervæ templum deduxisset, eos jurejurando adegit, ut quod ipse judicasset, observarent. Mox imperavit, ne templo excederent, priusquam positus discordiis mutuam benevolentiam redintegrassent. Plut. in Læcon.

Mulieres.

Trogoloditarum Æthiopiæ populorum certamina pabuli causa accepta dirimunt, quæ ætate præcedunt Pœminæ, quibus nullo periculo in medium prodeuntibus (nefas est enim has ullo pacto lacerare) exemplò ad certamine cessant. Diod. Siculus l. 4. c. 3.

Uxores.

ATHAULPHUS Vestigothorum rex, Roma post Alarici interitum hostiliter repetita, in animo habuit eam receptam funditus evertere, diversoque urbem loco statueret, Gothiamque pro Roma nominare: & Cæsarem abolita memoria, Athaulphi appellationem in posterum transmittere. Tamen Placidia conjugis suavi adeo est mutatus, ut brevi non hostis, sed amicus urbis, non everteret, sed inflaurator sit dictus. Sab. l. 6. c. 4.

Mulier.

Cyrus juniori fratri suo Artoserxi Persarum regi, dum in templo inauguraretur, strutebat infidias. Quibus directis, nonnulli ex hac delatione manus ei autumant injectas: alii penetrasse quoque in templum Cyrum, indicanturque cum ibi lateret à sacerdote. Moriturum jam mater Parysatis ulnis complexa, ac capillo suo circummicans, colligantem illius collum cum suo, multis lamentis, & obsecrationibus obtinuit ei ve-

ci veniam, effecitque, ut remitteretur ad mare. Qui non ac- A quiescens illa in provincia, neque indulgentia memor fratrum, sed vinculorum, ita consulerit acris, quam ante ad regnum gelavit. Plut. in Artoserxi.

Medici.

Anno Mauritii XIII. cum Cajanus Avarum, & Hunnorum, & Sclavinorum rex Thraciam impelleret, Priscus Mauritii dux, cum non posset armis frangere, oratione flexit Barbarum. Misit enim Theodorum medicum, qui hac oratione eum compellavit: Audi, Cajane. Sefostri rex Ægyptiorum illustis, & felix, opibus clarus, & inexpugnabili potentia, plurimas, & ingentes nationes servituti subigens, hoc encomio clatus, currum aureum preciosissimis gemmis ornatum sibi construxit: cui insidens à quatuor regibus devictis plaustra subeuntibus se trahi passus est. Hoc verò cum sapius fieret, & celebri quodam, festoque die, ex quatuor istis regibus unus oculis conversis continuo retrospectaret, & rotæ volubilitatem intueretur: Sefostri que cum, cujus rei gratia tam frequenter oculos in rotam coniceret, percontaretur? respondisse fertur: Cum stupore admiror rotam, cum eam instabili modo ferri, atque alias aliter volvi, & nunc quidem sublimia demittentem turbis demissa sublimantem conspicio. Sefostri ergo ubi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac currum traherent. His auditis, Cajanus subtristit, & respondit, se pacem sectari. Paul. Diac. de reb. Rom. 17. N. c. p. b. l. 18. cap. 29.

QUOS RECONCILIARE scilicet Religionis ergo diffidentes.

Consule Tit. Conciliorum.

Jovianus Imp. amans fuit consensus, & concordia in Ecclesia docentium. Proinde Macedoniam libellum, de ratione forsitan fidei suæ, aut accusatione adversariorum exhibentibus, aliud nihil respondit, quam, Conventionem se detestari: concordi verò sententia conjunctos diligere, ac venerari. Subinde dicebat: Eos se complexurum amaret, & præ reliquis honoraturum, qui auctores univrsæ Ecclesiæ essent. Lucio presbytero Alexandrino, ex illis, qui à Georgio ordinati fuerant, Athanasium deserenti, & accusanti cum inquisitione mandavit, ut quiesceret. Sozomen. l. 6. c. 5.

Justinianus Imp. uti tranquillum imperium ab antecessore C. Justino accepit, ita pacem Ecclesiæ pro viribus constituere studuit. Alexandrino, & Constantinopolitano episcopis Arianis, hostibus Chalcedonensis synodi, expulsi, alios in eorum locum substituit. Severum cum suis anathemate damnavit, poenam etiam civili constituta. Tertio Imperii anno legem promulgavit, Ne essent Pagani, aut hæretici, sed solum orthodoxi Christiani trium mensium spacio hæreticis ad conversionem prorogato. Item, Ut quatuor synodi œcumenicæ, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina & Chalcedonensis, ab archiepiscopis, & omnibus Ecclesiæ ministris reciperentur. Cum cognovisset ob scriptum Theodori, Ibae, & Origenis, passim moveri certamina, aliis ea probantibus, aliis damnantibus conatus est etiam hanc litis materiam abolere, idque per synodum Constantinopoli congregatam decimoquarto Imperii sui anno. In Lybia Vandalis per Belisarium devictis, pulsa Ariana secta juxta vaticinium Cypriani martyris, Christianis templis ipsorum, quæ ab Arianis nonagintaquinque annis occupata fuerant, restituit. Evagrius lib. 5. c. 9. l. 16. item Paulus Diac. l. 16. Procop. l. 3.

Perpauci Cæsares in bello, ut hoste victoriam ferrent, tot labores adiere, quot Sigismundus Imp. bello felix, ut pacem Ecclesiasticam in trium pontificum schismata constitueret, in Concilio Constantinensi. Atque ut Ecclesiæ pacem reddidit, ita inter duas nobilissimas regias Anglorum, & Francorum sedate iras conabatur. In Franciam venit comitatu nobilissimo, mox etiam in Angliam. Emil. l. 10.

Principes, & Sabditos.

Agrippa, qui Judæorum postea rex factus est (cum Romæ prætoriani milites Claudium Imp. elegissent in locum Cæii interfecti: Senatus verò libertatem recuperanda studio, cum Claudio amicus decernere pararet) tanquam arbiter quidam, cum Claudio quidem, ut oblatam dignitatem constanter retineret, auctor fuit: Senatus verò, ut Claudii imperium susciperet, ne civile bellum denuo existeret. Joseph. l. 19. c. 4. Antiq. l. 12. c. 10. belli 3. d.

Macedonius in montibus Antiochiæ vicinis eremita, cum audisset Theodosium Imp. adversus Antiochenos, qui ob tributum extraordinarium impositum statum æream Plauti. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

cillæ reginæ demolierant, magnas cædes cogitare, libertate jam ante crepta: in media urbe præfectos ab equis descendere jussit, & Imperatori suo nunciare, Meminisse hominem esse, & à Dei Opt. Max. nutu pendere, ejus benignitatem imitaretur: neque propter æream statuum, Dei imaginem hominem crudelissimè interficere curaret: maxime cum statua multæ pro una reponi possent, at ne pilum quidem Imperator interfecto homine restitueret possit. Præfecti Theodosio rem indicant. Ille Macedonio paruit, & Antiochenis pepercit. Theod. lib. 5. c. 20.

Collegas.

Cum adversus Hannibalem Senatus Cl. Neronem, & Livium Salinatorem Consules mitteret, eosque ut virtutibus pares, ita inimicitias acerrimè inter se diffidentes videret, summo studio in gratiam reduxit: ne propter privatas dissensiones Rempublicam parum utiliter administrarent. Quia consimili imperio ubi concordia non inest, major aliena opera interpellandi, quam sua edendi cupiditas nascitur. Ubi verò pertinax intercedit odium, alter alteri quam uterque contrariis castris certior hostis proficitur. Val. Max. lib. 7. cap. 2.

Cum consulatum Cn. Pompejus, & M. Crassus parum amicos inter se animo gessissent, fertur consulatu ad finem tendente Sext. Aurelius in senatu (ubi ambo erant Consules) dixisse, in formis se à Jove monitum, ut consulibus revelaret priusquam consulatu abirent, positus simulatibus mutuum benevolentiam redintegrarent. Quo adito Crassus quamquam natu major, primus confurgens Pompejo dextram porrexit: haud indecorum sibi dicens, etsi senior erat, à se prius Pompejum ad copulandum amorem vocari, cum eum Senatus quamquam in prima adhuc juvena Magni cognomine honestasset, ac deinde cum per ætatem Senator nondum esse posset, decretis duobus triumphis insignem reddidisset. Cui contra cum Pompejus mutuam ostendisset voluntatem, conciliatam ea hora amicitiam, quoad vixerunt, incolumem servaverunt. Fulg. l. 5. c. 1. ex Plut. Populares.

Thrasylbulus populum Atheniensium xxx. tyrannorum vastavit sedes suas relinquere coactum, dispersamque, & vagam vitam miserabiliter exigentem, animis pariter, atque armis confirmatum in patriam revexit. Insuper deinde restitutione libertatis victoriam, clariorem aliquam moderationis laude fecit. Plebs enim scitum interposuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. Hæc oblitio, quam Athenienses amnesia vocant, consulum & labentem civitatis statum, in pristinum habitum revocavit. Val. l. 4. c. 1.

Maximum fuit omnium Themistoclis operum, quod bella Græciæ intestina extinxit, contentioneque eorum diremit mutuas: suadens, ut suspenderent belli Perfici causa simulatas. Qua in re egregium socium habuisse memoratur Chicleum Arcadem. Plut. in ejus vita.

Fratres.

Joannes Comnenus Imp. Alexii F. conjuratos bonis tantum malavit, humanitatem ab ipsa conjurationis principe Anna Cæsariis sorore sua Byemni (in quem regnum transferre conabatur) uxore auspiciatus. Cum omnis generis opes in domo Byemni congestas spectaret, naturæ ordinem inversum esse questus, quod cognatos hostes, alienos amicos habuisset: etiam opes ad amicos transire oportere dixit, & omnia magnum domesticum Joannem Axuchum, natione Persium accipere jussit. Is verò summa Imperatoris munificentia gratias actis, & dicendi, quæ velle potestate petita, atque accepta, Imperatori auctor fuit, ut seipsum humanitate vinceret, & sororem liberalitate non expectata sibi reconciliaret. Paruit ejus monitis Joannes, ut nefas uter major fuerit, Axuchus in recte consulendo, an Imperator in promptè obediendo. Nycetas Cbroniatas.

QUOMODO. Verbi gratia. Eloquencia, ratione.

Græci in sedandis discordiis verbo hoc utebantur, µη υποχωρησθαι. M. Ant. Muret. l. 2. Var. Lett.

Chærephon Philosophus videtur servitium admodum fuisse, & graves cum fratre inimicitias exercuisse. Xenophon tradit Socratem eos reconciliaturum dixisse: Neque oculorum, neque manuum ullam esse utilitatem nisi consentiant. Suidas. Simili ratione Menenius Agrippa Romanam seditionem compescuit. Plut. in Coriolano, & Val. Max. lib. 8. cap. 9.

Perhibent, cum accusaretur Ligarius, quod hostis Cæsaris fuisset, defendente reum Cicerone, dixisse ad amicos Cæsarem: Quid obstat, quin Ciceronem tanto intervallo audiamus dicentem? quando istum quidem jam dudum constat improbum hominem, & hostem nostrum esse. Postea vero quam Cicero dicere ortus fuisset cum movit, varisque affectibus, & mira gratia ejus progressa est oratio, colorem identidem Cæsaris faciem variasse, perspicuumque fuisse, omnibus eum animi motibus versatum. Denique ubi pugnam Pharaliam orator attigit, fuisse usque adeo permotum, ut toto corpore tremuerit, ac libelli aliquot, quos tenebat manibus, ceciderint. Ligarium igitur expugnatus crimine absoluit. *Plut. in Cicerone.*

Religione.

Concordia templum apud Rom. nullam aliam ob causam edificatum esse constat, quam ut hominum inter se odia, & similitates, quibus Republica fluctuaretur, in eo factis sacrificiis deponeretur. Ideoque Severo Romanorum Imperatore jam morbo extincto, cum odium inter Getam, & Antoninum fratres ob regni successionem esset ortum, Senatus decrevit, ut pro concordia utriusque diis immortalibus sacrificaretur, ac praesertim ipsi concordia. *Dion. Niceus, & Xiphilinus.*

Quoties Romæ inter virum, & uxorem aliquid iurgii intercesserat, in sacellum deæ Virginitatis, quod est in Palatio, veniebant: & ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita revertebantur. Dea nomen hoc à placandis viris affecta fertur: veneranda quidem, & nescio an præcipuis, & exquisitis sacrificiis colenda: ut potest quotidianæ, ac domesticæ pacis cultus, in pari iugo charitatis, ipsa sui appellatione virorum majestati debitum, à feminis reddens honorem. *Pal. Max. lib. 2. c. 1.*

Cum Eugenius VI. Scotorum rex, Pictis bellum pararet, Lindesemensis Episcopus, Cuthbertus, & Adamnanus Scotus, ultro citroque frequenti usi legatione, frustra se pacem tentasse sentientes, ad divinam opem recurrere: facris supplicationibus variis Albionis locis, quibus ipsi afficere, pro regum omnium confusus factis. Ferunt sanctissimos pontifices obtinuisse apud Deum optimum maximum, ut eo bello perseverante, Scoti, & Picti nunquam totis viribus congregarentur. Continuatum est ergo hoc bellum levibus incurribus, varia fortuna partium deceptantium, magna sine iactura, ad Eugenii usque mortem. *Herbor. Boetius lib. 9.*

Fothadus Scotorum summus Episcopus sacro habitu ad Grimum regem, & Halcomum Cumbriae principem, de regno Scotorum decertans, profectus, insectas acies ad pacem flexit. *Idem lib. 11.*

Conviviis.

Convivium solenne majores Rom. instituerunt, idque Charistia appellaverunt: cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur: ut si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordia adhibitis, tolleretur. *Valer. Max. lib. 2. c. 1.*

ABOLENDO IRÆ MONUMENTA.

Laudandus in Romanis mos ille erat, quo renovari prohibebantur hostium spolia posteaquam longo ævo consumpta inventerent. Odium enim, quod stantibus spoliis retineri videbatur, tempore cum spoliis ipsis deleri curabant. *Plutarch. in Rom. quaest.*

LENITATIS PRISTINÆ RECORDATIONE.

L. Sylla inter cæteras suas felicitates numerabat, quod Athenas, quas sibi bello Mithridatico captas licebat avertere, conservasset. *Plur.*

CLEMENTIÆ EXERCITATIO

QUO AD SEIPROS. QUATENUS Accepta injuria tamen vel NON IRASCUNTUR.

Differt virtus ista ab avaritia, quoniam rella ratione

nititur, esse præmodum divina. Ut enim naturalis valde affectus est ira, & ad spem avaritia, quam avaritia sic pauci reperitur, qui non ea corrumpantur, oblata occasione: præsertim cum facultas animæ, & opus veluti fatelles adiuncta sit rationi, ut illius imperio obsequatur. Videntur proinde ad deorum avaritiam proximè accedere, quod à nemine penitus se contemni, aut contumelia posse affici existimant, quàm à seipsis, ut eruditè Socrates apud Platonem disputat: & aliorum perturbationibus improvisos adoriuntur, rationis imperium anteverunt. Quæ in his avaritiis, esse heroicum existimari debet. *Ex Tit. Clementia erga vitæ insidiatores, exempla illustria hæc offerri possunt, & habentur infra.*

Cum Aristidi decennale exilium Athenienses intendant, quidam literarum rudis, & rusticus testam tenens adit, nosti, inquit, Aristidem? Nostis quidem illo negante, sed ut se iusti appellatione: contigit, ac inscripto nomine suo reddidit eam testam. *Plut. in Apoph.*

SOCRATES cuidam admiranti, quod nihil in eum commoveretur, à quo convitiis incessabatur: Mihi, inquit, non maledicis, quandoquidem ea quæ dicit, mihi non adsunt, nec in me hærent. Atqui ob hæc causam hominum vulgus magis commovetur, si quid dicitur in immerentem. *Erasm. lib. 4. Apophteg.*

DION Alexandrinus natione, præcipuum in philosophia laudem esse consecutus. Huic erat frater iudicator, nomine Copsus. Itaque cum quidam ex eius concertatoribus Dionem probris incesceret, multa interim turba ad convitium, ut sit, affluente, ipse ne verbo quidem respondit maledictis. Ceterum ubi jam intra adium suarum vestibulum esset, hoc tantum respondit, ad quod id est, Ne grati quidem. Juvenis autem animi impotens, laqueo se prælocavit. Ea res in vulgi fabulam abiit. *Erasm. in Adag. ex Suidas.*

PHILIPPUS Macedonum rex, stomachantibus amicis, quod Olympiis Peloponnesi eum, cuius haberent beneficia, exhiberent: Quid ergo, inquit, si illi à nobis forent? *Plutarchus in Apoph.*

Tulit patienter per integrum diem in publico convitiorum temerarium, & insolentem Pericles Atheniensium aliosque principes, nec cum vesperi de domum reciperet, à se respulsum adhuc maledictis infestantem: postmodò ubi in primo domus limine constitit, ad servum conversus: Ito, inquit, & hunc civem domum reducito. *Plutarchus in Pericle.*

M. CATO petenti cuidam veniam, à quo fuisset in balneo G per imprudenciam percussus: Atqui, respondit, nunquam tu me, quod meminere, percussisti. *Plut.*

C. JUL. Cæsar Dictator, resistenti voluntati suæ Metello Tribuno plebis: Nunquam efficies, inquit, ut iram Cæsaris mereare. *Suet.*

Euphrasia virgo coram illa, à qua contumeliam indignè acceperat, ad genua procidens, ac si illam offendisset, veniam petiit. Abbatisse quoque in illam animam vertere volentem, ut missam faceret, supplicavit. *Marul. l. 5. c. 2.*

Elizabetha Pannonum regis F. postquam amissio viro Landravio Thuringiæ, distrahitque fortunis, Deo in paupertate servare cepit, forte per viam peregrinis lutulentam, nota cuidam femine, & in quam non pauca quondam beneficia contulerat, facta est obviam. Quæ contemptim admodum, superbèque occurrentes, ipsam, quam antea coluerat observataque, ad verso impulsam latere evertit in lutum, atque præterit. Illa tacita subrisit, gaudens se ab hominibus despicere, ut placeret Deo. *Marul. l. 5. c. 2. & Sob. l. 9. c. 1.*

PETRUS Philippus Comes Perusinus Jureconf. irasci, ac animo commoveri per quam ratò in tota vita vilis est, cumque laudare audiret nonnunquam, qui illicò quidem irascerentur, H sed per facile ad lenitatem redirent, & placarentur: multo factius dicebat esse, non irasci, cum absque levitatis nota ab ira ad mansuetudinem, & animi aequitatem tam repente fieri non possit mutatio, & regressus. *Franc. Maturantius Perusini. in vita Philippi Cornet.*

JOAN. Picens Mirandula vultu hilari semper erat, & placida, adeoque miti natura, ut nunquam se fuisse turbatum multis etiam audientibus testatus sit. Privatim dicere solebat, in nullum eventum (ut res pessimè cederent) ira se commoveri posse credere, nisi scriba quadam deperirent, quibus lucubrations ejus, & vigiliæ recordari stipabantur. *Jo. Franc. in ejus vita.*

NON IRASCUNTUR.

Exempla complura ex loco severitatis huc pertinent, quatenus vindictæ detrabitur: illic quatenus indulgetur. CHARILLUS rex Spartanorum, cum ex Ilistis quidam ageret eum eo ferocius: Occidisse hercle, inquit, te nisi ira flagrare. *Plut. in Apoph.*

ARCHITAS Tarentinus, cum servorum offensam quampiam ruri, & petulantiam commiserit, inde incensum in illos animadvertere se graviss, & asperius, nihil fecit nisi, quod recedens ait: Bene vobiscum agitur, quod in vos exandefco. *Plut. de tarda Dei vindicta, & de inquit. liber.*

SOCRATES calce casus ab audaci valde, & insolenti adolescente, ubi comites conspexit fientes, atque indignè factum ferentes, ut etiam per se visum eum: Num si me calcem, inquit, percussisset alius, injicem calce percute eum velletis? Non fuit tamen illi hoc impune. Nam cum insectarentur omnes eum, calcitroneque appellarent, laqueo vitam finivit. *Plut. de inquit. lib.*

PLATO cum baculum puero intendisset, diu constitit, ut ille ipsenarrat, dum ardorem animi refrænaret. *Plut. de Tarda Dei vindicta.*

THUCYDIDES Atheniensis historicus, à suis in exilium missus, ob prodicionis suspitionem, fortunam illam æquo animo tulit, neque unquam flere, aut queri visus est, neque exili auctores scriptis carere. *Ravissus.*

Laus Imperatoris Adriani est maxima, quod ex æquo disceptavit cum Phavorino, quem iure suo posset evertere. Ex quo Hom. illud sic à Philostrato enunciat: *χρῆστον δὲ βασιλῆος εἶναι χριστῶν ἀδελφῶν, τὴν ὁρμὴν κρατῆρ, id est, Præstabiliorem censeatur rex, si inferiori irator indignationem comprimat.*

D. BERNARDUS cum aliquando clericus quidam illi alapam impingeret, non tantum se de illo non ulsus est, sed etiam iussit eum deduci. *Autor vita l. 3. c. 6.*

ULCISCUNTUR. SED VEL INVITI.

Cum quondam Burrhus præfectus cohortium in duos latrones animadversurus, exigeret à Nerone, ut liberberet libello supplicii deputati, invitus accipiens chartam exclamavit: Quam vellem nescire literas! Quæ vox Neronis generosa, ac Principe digna, Senecam commovit ut librum de clementia Neroni scriberet. *Cuspinianus.*

ALCIBIADES exul civibus suis multarum exitu machinatus, calamatitum. Uprimum tamen penitere cognovit eos, mollitus est: ac cum iterum fuisset ab iis eiecitus, non probavit prætorum errores, neque male consensibus, & perlicitantibus convivi: verum factum, quod erga Themistoclem præcipuè celebratur Aristidis, idem erga illos duces quamvis inimicos egit: quos adit, indicavitque, atque docuit, quid ex usu esset. *Plut. in ejus vita.*

DEMOSTHENES fugientem post damnationem Aeschinem e quo consecutus est. Quem comprehendi se ratum, atque ad genua se submittentem, caputque velantem excitavit, donavitque ei talentum argenti. *Plut. in vita Demosth.*

DEMOSTHENES, cum ab Areopagitis damnatus, clapsus, & carcere fugeret, & haud procul ab urbe obvios habuisset aliquot diversæ factionis Homines, prius abdere sese voluit. Sed cum illi nominatim appellantes, Demosthenem juberent esse bono animo, & viaticum insuper offerrent, graviter ingemuit, dicens: Quomodo postum hanc urbem relinquere, in qua tales habeo inimicos, quales amicos vix in alia sum inventurus. *Plut. in ejus vita.*

DEMETRIUS Poliorcetes, Antigoni F. cum cepisset H Atheniensium, qui defecerant, urbem, eaque graviter re frumentaria penuria laboraret, protinus convocata concione, dilargitus est illis frumentum gratis. *Plutarchus in vita Demetrii.*

M. CICERO A. Gabinium repetundarum reum summo studio defendit, qui cum in consulari suo urbe expulerat. Idemque P. Vatinius dignitati suæ semper infestum, duobus publicis judiciis tutatus est, ut sine ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude. Quæ speciosius aliquando injuræ beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia penantur. *Valerius l. 4. cap. 2.*

CN. POMPEIUS affuit morienti L. Syllæ. Et quamvis Sylla ostendisset, se minus benevolè erga illum affectum ex testamento (aliis enim munera legavit, alios filiorum curatores instituit, sed Pompejum omnino præterit) tulit tamen hoc modeste: cumque Lepidus Consul contradiceret, ne Sylla in campo Martio sepeliretur, neve funus fieret publica impensa: Pompe-

alludens artificum morem, qui operibus suis inscribunt, Apelles, aut Phidias faciebat. *Laert. l. 6. c. 5.* Diogenes Sinopenis, Cynicus, ingressus aliquando convivium, malè acceptus est ab insolenti juvenum cœtu, multique inibi, crucientisque plagis affectus. Tulit fortiter Cynicus fenex contumeliosam illam convivii temulentiam, stultamque intemperiem. Auctorum tantum nomina exscripti suo sanguine, exscripta ferculo circumtulit. *Sabl. 5. c. 7.*

AGATHOCLES tyrannus figulo patre natus fuit. Is cum obideret urbem quandam, quibusdam è muro convitiis in ipsum jacientibus, dicentibusque: Figule, unde militibus tuis perfoves stipendium? ille placidus, ac ridens respondit: Cum hanc cepero. At cum urbe vi potius fuisset, venderetque captivos: Sime, inquit, denuo convitiis affeceris, apud heros vestros querar de vobis. Civiliter illis exprobrans, & intemptivam maledicentiam, & servitum, maledicentiam præmium. *Plut. in Apoph.*

Cum populus Atheniensis videretur deliquisse quiddam, scriptis Augustus ex urbe Aegya: Non arbitror vos latere, quod vobis irascor, neque enim Aegya hybernatus sum. Nec aliud illis vel dixit, vel fecit: fati habens illis comminatum esse, si desisterent. *Erasm. l. 4. Apoph.*

BENEFICIIS INSUPER AFFICIUNT.

Bonum pro malo rependunt.

Vide Tit. Lystrum remissum. Item, Liberalitas in Captivorum. Item Clementia in hostes.

LYCURGUS Lacedæmonius, seditione ob mutatam Rempora, lapidibus impetitus, cum Alexander juvenis in iurgio oculum ei respicienti baculo excussisset, adolescentem ad supplicium datum non modo non incommode affecit aliquo, sed perhumanè, & sapienter domi instituit: ut non tantum insolentia, & temeritatis secum attulerit in sapientis viri domum, quantum inde prudentia, & humanitatis reportavit. Porro mali, quod acciderat monumentum Lycurgus locavit dicarum in templo Minervæ, cui ab æreo delubro nomen Chalciæco, deæque cognomen addidit, ut Optileti diceretur. Nam Dores Lacedæmonis incolentes, oculos optilos vocant, ab ὄρα, quod Græcis sonat video. *Plutarch. in Laconici, & Lycurgo. Stobæus Serm. 17.*

ALCIBIADES exul civibus suis multarum exitu machinatus, calamatitum. Uprimum tamen penitere cognovit eos, mollitus est: ac cum iterum fuisset ab iis eiecitus, non probavit prætorum errores, neque male consensibus, & perlicitantibus convivi: verum factum, quod erga Themistoclem præcipuè celebratur Aristidis, idem erga illos duces quamvis inimicos egit: quos adit, indicavitque, atque docuit, quid ex usu esset. *Plut. in ejus vita.*

DEMOSTHENES fugientem post damnationem Aeschinem e quo consecutus est. Quem comprehendi se ratum, atque ad genua se submittentem, caputque velantem excitavit, donavitque ei talentum argenti. *Plut. in vita Demosth.*

DEMOSTHENES, cum ab Areopagitis damnatus, clapsus, & carcere fugeret, & haud procul ab urbe obvios habuisset aliquot diversæ factionis Homines, prius abdere sese voluit. Sed cum illi nominatim appellantes, Demosthenem juberent esse bono animo, & viaticum insuper offerrent, graviter ingemuit, dicens: Quomodo postum hanc urbem relinquere, in qua tales habeo inimicos, quales amicos vix in alia sum inventurus. *Plut. in ejus vita.*

DEMETRIUS Poliorcetes, Antigoni F. cum cepisset H Atheniensium, qui defecerant, urbem, eaque graviter re frumentaria penuria laboraret, protinus convocata concione, dilargitus est illis frumentum gratis. *Plutarchus in vita Demetrii.*

M. CICERO A. Gabinium repetundarum reum summo studio defendit, qui cum in consulari suo urbe expulerat. Idemque P. Vatinius dignitati suæ semper infestum, duobus publicis judiciis tutatus est, ut sine ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude. Quæ speciosius aliquando injuræ beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia penantur. *Valerius l. 4. cap. 2.*

CN. POMPEIUS affuit morienti L. Syllæ. Et quamvis Sylla ostendisset, se minus benevolè erga illum affectum ex testamento (aliis enim munera legavit, alios filiorum curatores instituit, sed Pompejum omnino præterit) tulit tamen hoc modeste: cumque Lepidus Consul contradiceret, ne Sylla in campo Martio sepeliretur, neve funus fieret publica impensa: Pompe-

Pompejus suo praefidio gloriam simul, defensionemque funeri A attulit. *Plut. in Pompejo.*

Cum Antius Restio proscriptus e Triumviris clam se inter-
pessa nocte subducere vellet: ejus furtivum egressum observa-
vit Servus, ab eo vinculis coercitus, inexplicabilique litera-
rum nota per oris contumeliam inustus: & nihil moratus inju-
riam sibi ab hero illatam, ut sensit cupidus sanguinis milites
supervenire, amoto domino rogum extruxit, eique egentem
a se comprehensum, & occisum senem superjecit. Interro-
gantibus deinde militibus, Ubi nam esset Antius? manum ro-
go intendens, Ibi illi datis sibi crudelitatis piaculis uri, re-
spondit. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci fides.
Quo evenit, ut Antius statim querenda incolumitatis occa-
sionem assequeretur. *Val. l. 6. c. 9. & Dion. in Aug. & Macro-
b. l. 1. Saturn. c. 11. & Appian. l. 4. Bell. civil.*

Claudius Caesar archiere amona ob assiduas sterilitates de-
tentus, quondam medio foro a turba, convitilique, ac simul
fragminibus panis ita intratus, ut agræ nec nisi postico evade-
re in palatium valuerit: nihil non ex eo cogitavit ad inven-
dum etiam in tempore hyberno commentus. Nam & negotia-
toribus certa lucra proposuit suscepto in se damno, si cui quid
B per tempestates accidisset: & naves mercaturæ causa fabrican-
tibus magna commoda. *Sueton.*

OVINIUS Camillus, antiquæ familiae senator, homo deli-
catissimus, rebellionem moliebatur, tyrannidem affectans.
Id cum Alexandro Severo renunciatum esset, ad palatium eum
vocavit: eique gratias egit, quod republicæ curam, quæ bonis
viris reculantibus imponi solet, sponte suscepisset. Mox ad
senatum produxit, ac tanti sceleris conscientia trepidum, con-
fortem Imperii appellavit.

LOCUS III. Pp. cum audisset, Christianum archiepisco-
pum Moguntinum, Friderici I. Imp. polemarchum, non
longè ab urbe morbo implicatum in magno vitæ discrimine ef-
se: injuriarum, quas sub Alexandro III. Ecclesiæ fecerat, et
profus oblitus, ad illum adit, ac noxius per solennem con-
fessionem remisit viaticum præbuit, anno MCCCXII. *Sigonius
libro 14. regni Ital.*

Joannes Eleemosynarius Episcopus, conquerenti nepoti de
villico convitatore respondit se ita in eum vindictarum, ut
nemo non miraturus sit, accessitque annuum tributum remi-
misit. Cum à quodam mendico pro data elemosyna contumeliam
recepisset, clericos in eum insurgentes cohibuit: se in
C causa esse afferens, quod petenti minus, quam indigeret im-
pendisset. Illoque accito, omnem, quam habebat, pecuniam
coram effudit, ut quantum vellet auferret. *Marul. l. 3. c. 3.*

Joannes Damascenus pro eo, cujus calumniis à Theodosio
Imp. tanquam falsarius damnatus dexteram amiserat manum,
diu intercessit, ne in dolo deprehensus capite puniretur. Im-
perator admiratus hominis patientiam, ipsum pro quo roga-
batur, intercessit: sed tamen ne tantum scelus omnino
impunitum abiret, in exilium ablegavit. Damasceno scriba
primum munus restituit, cum eidem manus quoque redin-
tegrata divino beneficio fuisset. *Idem.*

Elphegus Cantuariensis archiepiscopus, Deo supplicando,
& panem benedictum morbo affectis portigendo, pestilentiam
sedavit: in ipsos tantum Cantuaræ occupatores grassantem,
qui ab Edelinredo rege fecerentes, cum piratis inita societate
in urbem hostiliter irruerant, magnam civium partem sus-
tulerant, monachos interfecerant, templum incenderant,
Elphegus grave vulnus infixerat, & carcere teterrimo per
mensis VII. maceraverant. Romam pergens, eum in urbem
Ausoniam divertisset, omnibus, quæ secum habebat, exutus,
D urbeque ejectionis fuisse dicitur. At cum repentino tecta incendio
conflagrare cœpissent, revocatus oratione flammam extin-
xit: & plurimis donis oblati ipse nihil accepit, præter ea quæ
sibi modo per vim crepta fuerant. *Idem.*

HENRICUS IV. conventu Moguntino à principibus ab im-
perio dejectus, & Angelheimis insignis imperialibus exutus,
fugit Limburgum. Invenit venantem ibi quendam ex princi-
pibus, quem pridem illo privaverat ducatu. Hic ut audivit
rem gestam, miseris illius fertur collegisse ostingentes lorica-
& rediit Imperatorem Coloniam. *Crautz. l. 5. Sa-
xon. cap. 20.*

Steno junior, Suenonum, Christianum II. Danorum regem
Stocholmiæ sese obfidem, & summam rerum omnium im-
pota, ventosque adverso ad extrema redactum, commentu
liberaliter donavit. Anno MDLIX. *J. Magni l. 23.*

CONSALVUS Magnus Gallos hostes, Cajeta dedita, regno
Neapolitano excedentes multis equis liberaliter donavit.
Jovius in Consalvo.

ALCISTUS Gordus Hispanus, Ravennate in prælio Ode-
tum Lotrechum, inelyti nominis Gallorum ducem multis
acceptis vulneribus eructum, prostratumque, ne à commili-
tonibus, qui juxta Gastonem Poissejum, Gallorum Hostium
Imperatorem considerant, interficeretur, corpore suo prote-
xit, atque servavit. *Idem.*

ALIOS. ET VEL

Cum certamine, Certare
cum aliorum

CLEMENTIA, ÆMULANDO.
par pari referendo.

Ex loco Gravitudinis huc quædam transferri
poterunt.

PROLEMÆUS Lagi rex Ægyptiorum, cum Demetrium Po-
liorecetem Antigoni F. classe exisset, eam illi cum omni præ-
da restituit. Itaque Demetrius deos precatus est, ut sibi tan-
ti beneficii rependendi occasio concederetur. Neque vero
multo post Demetrius de Ptolemæo Ægypti rege navalem
victoriam retulit clam, & insignem. Eum tamen multo mag-
is facilitate, & humanitate decorans, hostes, qui ceciderant,
magnifice funeravit, atque captivos missos fecit: ingenue las-
sus non tam de victoriâ ipsa latari, quam quod occasione
gratæ clementiæ erga Ptolemæum excedendæ nactus esset.
Plut. in Demetrio.

Cn. Pompejus victo Sertorio non modo militibus ejus im-
puniatem proposuit, sed & literas civium in Sertorio scripnis,
Perpenna ultro deferente, deprehensas, quibus opem, atque
operam illi suam adversus Syllanas pollicebantur partes non
lectas bona fide inspectante exercitu combussit, ne illis spem
omnem reconciliationis admitteret, neve hostes aperte fierent,
si esse crederentur. Retulit Caesar pro Sertorio, & Matiana
facione bis Pompejo gratiam, inquit *Plin. lib. 6. c. 25.* Semel
ipsi eidem victo ad Pharsalum Theffaliam: iterum in ejus so-
cero Metello Scipione ad Thapum Africa: videlicet ne si
tot civium animi, mentes, consilia palam fierent, acris vi-
si esset, quam quod gerebat, futipendunt bellum. Quin
Caesar idem & civibus omnibus, quicumque Pompeji es-
sent partes, ac voluntatem secuti, clementissimè ignovit, ut
nullus toto illo bello periret, nisi in acie armatus. *Plut. in G.
Pitri. & Dion.*

Baldunus I. Hierosolymorum rex exercitum in Arabiam duxit,
quam à solitudine vindicabant incolæ vagi tabernacula cir-
cumferentes. Inde ingentem vim armentorum abegit, homi-
numque promiscuè omnis generis, atqueque. In his erat eujus-
dam Philarchi uxor gravidâ, quæ inter cæteros captivos ca-
melo imposta, cum in præpropro Latinorum reditu coor-
tus maturitate partus doloribus defecere videretur: rex recur-
rens deponi eam, spoliisque hostium subterni vestimenta
jussit, amiculoque suo illam operuit, absitque, remanente
cum domina servo jure, ac quædam ex captivorum grege,
quæ obfetricis munere fingeretur: simul camelo facta ad
insantem eo lacte alendum relicta, aquaque in ure, ac fru-
stibus in sportula agrestibus ad puerperam sustentandam, re-
liquum iter confecit. Philarchus ad primum Latinorum in
solitudinem impetum trepidus, ulteriora petierat: deinde
recepto animo, contractisque popularibus, prædones inse-
quebatur, & prædam cæteram, & uxorem recuperaturus.
In medio itinere reperit uxorem, infantemque natum, ac an-
cillam utrique ministrantem. Admiratione, gaudioque repen-
to subfudit tamque grato animo factum Latini regis Philar-
chus accepit, ut clandestinum fœdus cum rege percussisset,
sanctèque servavit, cumulatorum gratiam suo tempore relatu-
rus. Nec occasio illi defuit. Baldunus in Rhamuleniolum
urbe conclusus erat, cum postridè Ægyptiis victoribus ag-
gressus, certa expugnandi spe Philarchus Arabs nocte fide
clam data exceptaque in urbem receptus, membris Balduni
temperantia, humanitatisque salutem ei attulit: illumque
paucis suorum tantæ arcani conficis, in tutum reduxit. Rex
pro mortuo deploratus fuerat Hierosolymis, Joppæque, ac
reliquis urbibus ditiosis suis. Repente superveniens, mira
læticia omnes affectit: tantamque alacritatem indidit, ut con-
gressus rursus cum hoste ingentem victoriam reportavit.
Emil. l. 5.

Crude-

Crudelitate.
A Ex superioribus Reconciliationum exempla huc transfe-
rantur, quatenus iratos placando, sua mansuetudine alio-
rum feracitatem subigunt.

Cum Pyrrho Epitrotorum regi, regula istu, dum Argos
occupat, à muliere oppresso, Lopiis quidam Macedo cap-
tus amputasset: accurrens Alcioneus Antigoni F. postulat
caput, ac si inspicere vellet. Ubi accepit, ad patrem adve-
ctus, abjecit id ad pedes ejus cum amicis confidentis. Qui ut
caput aspexit, & agnovit: filium abegit, in cussu baculo,
nefarium, & barbarum vocans: ac chlamyde oculis adnota
illachrymavit, avi Antigoni, & patris Demetrii Domestico-
rum exemplorum ad fortunæ vices recordatus. Caput &
Truncum Pyrrhi cremavit magnificè. Cum verò Alcioneus
Helenum Pphyri F. in quem inciderat, abjectum, atque obso-
leta operum chlamydule benignè appellasset, & ad patrem
adduxisset. Antigonus ubi id vidit. Melius, inquit, sic
fili, quam antè: sed tamen nec nunc quidem rectè, quod ve-
stem hanc, quæ nos magis, qui videmus victores dedecorati,
non detraheris. Inde comiter excepit, & ornatum in Epit-
rum remisit Helenum, amicoque Pyrrhi, castris & exercitu
B toto in potestatem suam redactis, humaniter appellavit. *Plut.
in Pyrrho.*

M. BRUTUS victor in campis Philippicis ex captivis servi-
tiorum multitudinem suspexit inter milites versantium impe-
ravit interfici. Ex liberis captivis aliquos dimisit, ab hosti-
bus dicens potius captos, atque apud illos captivos, & ser-
vulos esse, apud se liberos, & cives. Sed cum emerret amicos
suos, & duces implacabiles, occulans alios, & ad evadend-
um adjuvans, servavit eos. Erat quidam Volumentus mi-
mus, & Saeculio famia capti. Hunc Brutus cum condemnaret,
adductos ad eum accumulaverunt amici ejus, ne tunc qui-
dem à disteris, & contumelias in ipsos jaciendis temperare.
Cum Brutus alius intentus curis taceret, Messala vero Corvi-
nus: conerit in tentorio multatas verberibus nudos ducibus
hostium remittendos: quo viderent, qualibus in bello com-
patoribus, & familiaribus haberent opus: aliqui ex altanti-
bus arripere. P. Calpa, qui Casarem vulneravit primus: In-
dignum, inquit, est, ut mortuo Casario per ludum, & risum
parentem. At tu declabaris, Brute, eorum memoriam
habeas imperatoris, vel puniendo vel conservando eos, qui
irredibunt, & obredabunt illi. Eo dicto exarist vehementer
C Brutus, & quid igitur, inquit, me, Calpa, rogatis, quin
agitis pro vestro arbitrio? Hoc ejus responsum pro assensione
adversus illos miseris accipientes, abreptos interfecerunt.
Plut. in Bruto.

ABSQUE CERTAMINE, QUANDO
aliorum iram, feracitatem
indignè ferunt.

PROÆRESUS Casariensis sophista, cum maxima gloria ve-
nisset Athenas, exceptus ingenti multitudinis plausu, frequen-
tissimo theatro orationem habuit extemporalem: cui Julianus
concessit, ut ipse solus Christianos docere posset. Sed eruditus
homo indignatus tam atrox, & iniquum principis edictum
scholam rejicit, non sine studiosorum permagno dolore. *L.
Vives in l. 18. Aug. de Civ. Dei, cap. 52.*

Reprehendunt.

Cato Censorius converberantes uxorem, vel filios dicebat
viri, ἀποστάντος ἑσπῆς προσήκειν τοῖς γένοις. Quin & amplius
laudandum censebat, qui bonum ageret maritum, quam qui
senatorem magnum: nec re ulla mirabiliorem videri Socra-
tem, quam quod uxorem nactus difficilem, & stupidos libe-
ros comiter, ac humanè vixisset, ἐπιμαρτὸν δὲ τῶν τῶν διατά-
σων. *Plut. in Catone.*

Cum simul sermones fererent Antonius Bassianus Caracalla,
& Geta ipsius frater, detestis conjunctionibus adversus
Severum patrem: dicente Bassiano, debere conjuratos om-
nes occidi: respondit Geta, mortem suam ominatus? Tu,
qui nemini parcis, possesses etiam fratrem interire? Nec
multo post, mortuo Severo patre, Bassiani manu Geta fuit
interemptus. *Spartianus.*

CLEMENTIA RESPECTU
PERSONARUM, HOC EST, EORUM, ERGA QUOS
exercetur. Erga
HOMINES, CONSIDERATOS
RESPECTU
Societatis Politicæ. Clementia erga
subditos.

Moyse Israelitarum ductori, & liberatori à servitute Ægypti-
a quam ingratas fuit populus, quamvis maximis miraculis

editis Dei præfens auxilium confirmasset? Cùm ad mare ru-
brum pervenissent, & Ægyptios sequentes viderent, contra E
Moysem fremebant, quod eos in solitudinem morituros duxisset,
quasi deesset sepulchra in Ægypto. At diviso mari ru-
bro incolentes per medios fluctus duxit, Pharaone cum suis
oppresso. *Exod. 14.* Mox in solitudine Sin recordati ollarum
carnis in Ægypto, & panis tumuloabantur. At Dominus il-
lis coturnices, & manna de celo demisit. *Exod. 16.* Rur-
sus cùm castris positus in Raphidim aquam non haberent, pa-
rum aberat, quin Moysem lapidassent. At Moyse petram per-
cussit in Horeb, ex qua manavit aqua ad populi potionem.
Locum vocavit Massam à tentando Deo, & Meribam à jur-
gio contra Moysem. *Exod. 17.* Item cùm uxorem Æthiopi-
sam duxisset, Aaron, & Maria soror summopere succensue-
runt, improbrantes ei, quod non ipsi soli, sed sibi quoque
Dominus locutus esset, ne ea re superbiret. Moyse contra
mitissimus, Mariam sortem, quæ lepra morbo propterea à
Domino fuerat affecta, precibus suis denuò liberavit. *Num.
12.* In solitudine Pharan cum speculatores redissent, & terra
sanctæ incolarum robur exaggerasset, universa multitudo to-
tam noctem in ploratu ducebat, & contra Moysem, & Aaro-
nem fremebat, quod ab illis ex Ægypto educti essent, ut ab
hostibus ferro trucidarentur, femina, liberi prædæ hostibus
forent: fatius sibi esse in Ægyptum reverti, jamque de duce
creando agitabant. Moyse, & Aaron coram illis procedere,
vestes suas lacerare, ne contra Dominum murmurarent mone-
re. At populo eos lapidare volente, Domini splendor in ora-
culari tabernaculo apparens eum cohibuit, totamque gentem
peste se exterminaturum minatus, à Moyse ad clementiam de-
nuò fuit inductus, populoque culpam remisit, ita tamen ut
qui auctores seditionis fuerant, exploratores morte poenas lu-
erint, & nullus eorum, qui contra Dominum, & Moysem
insurrexerant, terram sanctam fuerit ingressus, exceptus Jo-
sue, & Caleb. *Num. 14.* in eadem solitudine Core Isar F.
Levita, & Dathan, & Abiron Eliab F. & On Phileti F. Ru-
benite, contra Moysem, & Aaron conjurarunt, unâ cum
ccl. Israelitis viris primariis, dicentes, quod universa multi-
tudo ex facris hominibus constaret, neque decere ut ipsi sese
supra Rempub. sacram esserent, & solius Aaronis posterità
cedentes essent. Moyse igitur Core cum suis asseclis postero
die adese jussit, Aaronem simul affuturo, & suam quenque a-
cetrâ habere, injectoque suffimento iis coram Domino libe-
re. Dathan, & Abiron superbè se venturos negarunt. At G
Core cum suis comparuit, veluti cum Aaron de sanctitate
certaturus. Libantibus illis Domini splendor apparuit: & cum
torum populum perdere vellet, intercedente Moyse ei peper-
cit, & tantum ut à Core, Dathan & Abiron tentoriis omnes
recederent, præcepit. Quod cum factum esset, tellus defici-
ens tentoria illorum cum iis, quæ habebant, absorpsit. Co-
re verò cum ccl. viris litigantibus ignis à Deo profectus ab-
sumpsit. Accersa autem areas illorum Eleazar F. Aaron ex
præcepto Domini è medio collegit incendio, & laminas de-
duxit, quibus ara incrustaretur: ut ea res Israelitas admoneret,
ne quis alienus, & alterius seminis, quam Aaron Deo suffi-
tum faceret. Postridè iterum conspiravit tota multitudo in
Moysem, & Aaronem, obiiicientes ab eis occisos esse Domi-
ni homines. Cùmque ad vim res spectaret, & omnes concu-
rerent, splendor Domini ad oculare tabernaculum apparuit.
Moyse Domini iram contra populum animadvertens, Aaron
sumpto thuribulo ad populum properare, & suffimine in-
jecto, pro eo supplicare jussit, ut cladem jam ceptam averte-
ret. Aaron itaque in medio populi, stans inter vivos, &
mortuos cladem cohibuit: cum jam 14700. absumpti essent. H
Num. 16. In solitudine Sin ad urbem Gades, ubi Maria Moy-
sis soror obiit, cum aqua careret, cum Moyse jurgare cœperunt.
Jussu Domini Moyse petra percussa aquam elieuit.
Locus Aquæ jurgii nomen meruit. *Num. 20.* Ab Hor monte
profecti cùm versus mare rubrum vaderent, ut Idumæorum fines
circuirent, perterriti itineris, & manna contra Dominum,
& Moysem murmurarunt. Dominus ergo præfertes illis im-
misit. Moyse tamen intercedente erectus est serpens æneus,
quem qui intuebantur, liberabantur. *Num. 21.*

Collegas.

Aristides Themistoclem omnibus in actionibus suis cùm
adversarium habuisset, atque ejus opera fuisset in exilium pul-
sus: ubi occasio de illo vindicandi ad populum accusato
oblata est, non revocavit ea ad memoriam, sed cùm eum A-
lcmaon, Cimoneque, & alii multi fatigaret, ac periculum
creta-

crearent, solus Aristides nec factio laetum nec dido: neque
 A squalori insultavit inimici, sicut nec ante viderat ei rebus
 laetis. *Plut. in Arist.*
 STASIPPIUS Tegeates, hortantibus amicis ut gravem in ad-
 ministratone Reipubl. amulum, sed aliqui probum, & or-
 natum virum, qualibet ratione vel tolleret, vel summoveret:
 negavit se facturum, ne quem in tutela patriæ bonus civis lo-
 cum obtineret, malus, & improbus occuparet: seque potius
 vehementer adversario iurari, quam patriam egregio advoca-
 to carere proptavit. *Val. l. 4. c. 1.*

Tib. Gracchus Trib. legem agrariam magna opulentorum
 cum invidia perferre cogitabat. Hi sese opposuit C. Octavius
 Trib. rogatu nobilium. Itaque quotidie ferè in Rostris Tibe-
 rio erant cum Octavio certamina, summa contentione, ac
 studio, nec minore cum modestia: nihil enim unquam con-
 tumeliosè feruntur invicem dixisse, neque verbum excidisse
 in alterum alteri ex indignatione importunum. Jam cum videret
 Tiberius, legem se, in Tribunatu existente Octavio, per-
 ferre non posse: convocato populo ascendit Rostra, anni-
 susque denuò est Octavium inducere ad desistendum. Qui ut
 fuit inflexibilis, legem rogavit, qua Tribunatus ei abrogaba-
 tur: populumque extemplo misit in suffragia. Ex quinque &
 xxx. tribubus, ut xvii. legem iusserunt, una autem hi insu-
 per accederet, privatus fiebat Octavius: iusto sustineri sus-
 fragia, aggreditur ex integro Octavium precibus, ac com-
 plectitur hominem conspiciente populo, oscularumque cum
 supplex, atque obsecrans, ne admittat, ista ut ei singulatur
 infamia, neve tam acerbi sibi, & tristis causa actus inuratur.
 Has preces haud undequaque memorant immotum, & rigi-
 dum audivisse Octavium: sed obortas eis lacrymas quoque
 fuisse, ac perditum silentium tenuisse. Postquam tamen ad pe-
 cuniosos, & locupletes conglobatos convertit oculos rubore
 apparetur, & metu, ne incurreret, apud illos probum,
 omnia acerba substituit: nec ingenerosè, Ageret, dixisse,
 quod ei vixisset, Tiberius. Ita perlata lege imperavit Ti-
 berius uni ex libertis, ut Octavium de Rostris detraheret.
Plut. in Tiberio.

Idem Tribunus plebis, cum ex professo inimicitias cum A-
 fricano, & Asiatico Scipionibus gereret, & Asiaticum judi-
 cante pecuniam fati dare non posset, atque ideò à Coss. in vin-
 cula publica duci iustus esset, appellatque collegium Tri-
 bunorum: Viriulo volente intercedere, secessit à collegis, de-
 cretumque composuit, nec quisquam dubitavit, quin eo scri-
 bendo, irati hostis adversus Asiaticum verbis usus esset. At
 is juravit, primum cum Scipionibus se in gratiam non rediisse:
 deinde tale decretum recitavit: Cum L. Cornelius Scipio die
 trinitus sui ante curiam subactos hostium duces in carcerem
 conjecerit, indignum, & alienum à majestate pop. Rom. vi-
 deti, in eundem ipsum duci. Itaque se id non passurum fieri.
 Libenter tunc opinionem suam pop. Rom. à Graccho decep-
 tum cognovit, moderationemque ejus debita laude profecutus
 est. *Val. Max. l. 4. c. 1. in Plut. in Graccho.*

Acertrimè cum Scipione Africano Metellus Macedonicus
 dissenserat, eorumque ab emulatione virtutis profecta con-
 tentio, ad graves, testataque inimicitias progressa fuerat. Sed
 tamen cum interceptum Scipionem conclamari audivisset, in
 publicum se proripuit, mœstoque vultu, & voce confusa:
 Concurrere, inquit, cives, metenia nostræ urbis eversa sunt:
 Scipionem enim Africano intra suos penates quiescentem nefaria
 vis allata est. Idem filios suos monuit, ut funebri ejus lecto
 humeros subicerent, atque huic exequiarum, illum hono-
 rem vocis adjecit: Non fore ut postea id officium ab illis ma-
 jori viro prastari posset. *Val. l. 4. c. 1.*

M. CATO junior Trib. pl. cum Metelli Nepotis collega
 sui legem de revocando cum exercitu Pompejo summa con-
 stantia impugnasset, magna in laude fuit, qui non leve ex-
 cussurà à publica tribunatus Metelli evaserunt, in
 quodammodo in Metello conculcaverat potentiam, ac Pompeii
 magis celebratus est, quod fuggillare Metellum, & abroga-
 re ei magistratum molienti obstitit Senatui, in eoque adver-
 satus sit, & precibus placaverit eum ordinem. Nam vulgus
 non insulset, neque ludibrio habuisset eum, quem vi su-
 peraverat. Prudentibus verò rectè visus est, & salubriter non
 læcessivisse Pompejum. *Plut. in Catone.*

Neapolitano rege Ladislao magnis viribus Tudertum oppu-
 gnante, cum Biaccius Montonenis repentina, & gravi cru-
 ptiore Paulum Ursinum veterem Magni Sforcia inimicum
 adortus, ita copias ejus cecidisset, ut statione, & totis denique
 castris ipso duce pulso, & fugiente pellerentur: non dubitavit

Sforcia, quin circumvento, & penè capto opem ferre matura-
 ret, cum sibi in sua castrorum parte designatum locum tue-
 ri, ac inimici eadem ostiose spectare optimo militia jure li-
 cuisset: vociferante, atque iridente Braccio, quòd Sforcia
 communem inimicum, quem interficere deberet, clemen-
 tia, & stultæ lenitatis nomine conservasset. Id factum Ladis-
 laus rex magnopere commendavit, Sforciaque dono dedit e-
 quum phaleratum, atque item laciniam ex purpura auroque
 insignem, argenteis squamosam bracteis, qua ille uti in pra-
 lis soleret, ut palam in Sforcia raræ virtutis simul, & clemen-
 tiæ decus testaretur. *In vita Magni Sforciae.*

Subditum.

Vide inter Appobegmata de Casimiro.
 Milites.

ALEXANDER Macedo, victis Persis, in Indiam suscepta ex-
 peditione, xxx. milia praeorum, quos excedens, & insiti-
 tuendos reliquerat, virili corpore invenit, & specie decora.
 Itaque dimissis domus debilibus, & inutilibus, Macedones
 invidia moti erga istos juvenes, missionem omnes flagitate,
 conclamareque, omnes Macedonas pro inutilibus haberet,
 solos hos juvenes retinere falatores, quibus eum orbem terra
 iret subjugatum. Inde concitatus Alexander, frendensque
 amotis Macedonibus corporis sui custodiam tradidit Persis,
 atque ex his facilius apparitoreque selegit. A quibus cum
 cernerent illum sipari, se verò reici ignominiosè, reverli ad
 se, perrexerunt ad regis tabernaculum inermes, & tunicati
 cum clamore, & plangore, offerentes semetipsi, petentesque
 uteretur ipsis quali improbis, & ingratis. Sicque per duos dies,
 & noctes pro tabernaculo ejus lamentantes, dominumque
 appellantes perduraverat. Tertio die rex prodiit, ac cum
 lamentabiles, abjectosque vidisset, in lacrymas longo spatio eis
 effusus. Inde modicè castigavit eos, ut appellavit humaniter,
 & dimisit inuites, ubi eos magnificè donavit. *Plut. in
 Alexand.*

C. JUL. Caesar militum suorum delicta neque observabat o-
 mnia, neque pro modo exequabatur: sed desertorum, ac fe-
 ditiorum & inquisitor, & punitor acerrimus, connivebat in
 ceteris. Ac nonnunquam post magnam pugnam, atque victo-
 riam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim
 lasciviendi permittebat: jactare solitus, milites suos etiam G.
 unguentatos bene pugnare posse. *Polyan. lib. 8. & Sueton.*

Apud Græcos, & Rom. milites, quamvis gravi ignominia
 affecti essent, si tamen ad officium redeuntes, semel, atque
 iterum bene navatam reipub. operam praestitissent, singulaque
 aut bina ex hostibus spolia restitissent, aut digno aliquo facio-
 re flagitii labem abolivissent, tunc demum uno, atque al-
 tero felici praelio priora culpa correctæ, & obliterata memo-
 ria dedecoris, noxia, atque ignominia soluti, & in eo quo
 prius erant, gradu restituti, pristinam dignitatem, & hono-
 ris gradum, quibus antea functi erant, quandoque receperunt.
 Notandumque & illud est, perarò bis delictum Imperatores
 vna dignum putasse: quia juxta verbum Lamachi summi
 Atheniensium ducis, non est in bello bis errare, ubi si quid
 offenderit perperam temeritate, vel inscitia, emendari non
 potest: parvaque in bello offensa, magnarum sæpè rerum
 momenta facit. *Alex. l. 1. c. 15.*

Hospites morosos, injurios, improbos.

Cum Chii in peregrinatione à cena in Ephorum tribu-
 nali vomuissent, atque in illorum sellis caecalens: primum a-
 cris quæstio habita est in auctores, an essent cives. Ut Chios
 fuisse fenserunt, Ephori per præconem pronunciarerunt,
 Chios petulantibus esse. *Plut. in Appob.*

Impetravit ab Athanaio urbis antistite Alexandrinus.
 In collibus, apud quos natus sum (inquit *Petrarcha*) vidit
 atas nostra Nobilem quandam virum, cuius primum studium
 fuit, excipere transeuntes apparatus magnifico. Die quodam
 à sylvis, & venatu, cuius quoque perstudiosus erat, incultum,
 & dumis laceratam tunicam indutus, rediens, plenam hospiti-
 bus domum reperit. Quibus honorandis intentus, dum huc
 illuc cuncta providens discursit, in quandam illorum super-
 bum, & stabula purgantem famulum incidit, cepitque eum
 blandè corrigere. Impatiens ira furcifer, extenta manu faciem
 ejus percussit. Abiit ille tacitus. Mox cernens famulum, quem
 pulsaverat, inter discumbentes medium trepidare cæperat.
 Tandem

Tandem explorato quisnam esset, erroris veniam poposcit.
 A Cui adium dominus: Tibi, inquit, libens parco: huic au-
 tem (tunicam suam digito ostendens) non parco, quæ, ut ita
 tractaret, esset.

Pauperes.

* Mos erat Alphonso, quocumque in loco Eucharistiam
 ferri perpexisset, relicto equo, quo ferebatur, pedibus eam
 profsequi in locum, quòd perferebatur. Dum hoc peragit, contig-
 it semel in vetula domum ingredi, sanguinis fluxu laborantis.
 Cum autem certior factus esset ejusmodi morbo plurimum Ja-
 spidem conferre, misit statim, qui unum, quem habebat, per-
 ferret, ipseque mulieris manui cum inferuit. Brevi autem li-
 berata anus cum post aliquod tempus ad Alphonsum venisset,
 gratias pro accepto beneficio actura, excusavit se, quòd jaspide-
 dem non retulisset, ne ei daretur vitio, quia sinistro casu eum
 amiserat: cum autem, qui à tabana graviter eam increpassent,
 subridens Alphonsum Mater, inquit, mea, hi, qui valerudinis
 fux nullam habent rationem, mirantur, si tu ut valere possis,
 jaspidem retinuisse. O humanitatem insignem! regem clarissi-
 mum cum vetula tam humane se gerere.

OECONOMICÆ SOCIETATIS.
Clementia erga

Liberos.

JACOB Patriarcham ætate florentem duas filias Laban, quæ
 illi nupserant, partemque armentorum multò maximam clam
 secum abducentem, focer Laban assequutus, afficisset hæd
 dubiè extremo supplicio. Aderat seni clientum, & fervorum
 manus ingens ad vulvum. & injuria parata, nisi filiarum lacry-
 mæ intercessissent: quæ apud Laban tanti fuerit ut ubi poena
 fuerat exigenda, inuitum sit foedus, ut qui inimicus, & ultor
 venerat, pater inde, & focer abesset. *Sab. lib. 3. c. 4.*

DAVID ex Abalon F. qui fratrem Amnon interfecerat in
 convivio, & triennio apud avam matrem in Syria exulava-
 rat, ignovit, & per Joab revocavit. Sensis anni post regno pulsus
 ab eodem Abalon. Joab cum militibus ad ejus impetum fu-
 stinendum extrà urbem Mahanaim (in quam David confuge-
 rat trans Jordanem) misit, severè illis præcipiens ut juveni Ab-
 lalon parcerent, neque eum interimerent. At cum in fuga à
 Joab cæsus esset Abalon, David re comperita luctu omnia
 longè, latèque complevit, ita ut exercitus non triumphantis,
 sed fugientis specie urbari ingredi cogereetur. *2. Reg. 18.*

Habet exempli instar pondus ingens ille paterfamilias,
 quem Evangelica celebrat historia, qui prodigum filium per-
 egrè reverfium non modò non adverterat est (patrimonium
 enim partem unam turpiter prodegerat) sed seminudum, &
 inedia confectum nuptialii veste texit, festisque accepit epulis.
 Dignus, qui aut meliorem illum genuisset, aut melius (ut
 evenit) mutabilem. *Sab. l. 3. c. 4.*

SOCRATES cum inatus esset filio delinquenti, nihil aliud dixit
 quam, ipse te coerecas. *Laert. in vita Socratis.*

Q. HORTENSII, qui suis temporibus ornamentum Romanæ
 eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit. Cum
 enim eo usque impietatem ejus suspensam, & nequitiam invi-
 sam haberet, ut Messalam suæ fororis filium hæredem habitus-
 rus, ambitus reum defendens judicibus diceret, si illum dama-
 nasent, nihil fibi præter osculum nepotum in quibus acquies-
 ceret, futurum: hac scilicet sententia, quam etiam edi-
 D tæ orationi inseruit, filium potius in tormento animi, quam
 in voluptatibus reponens: tamen naturæ ordinem confundere
 non nepotes, sed filium hæredem reliquit, moderatè usus
 affectibus suis: quia & unius moribus ejus verum testimonium,
 & mortuus sanguinis honorem debitum reddidit. *Val. Max. l. 5. c. 9.*

Idem fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Eur. Flac-
 eus, sed in filio aliquantum tertiore. Nam cum auxilium Se-
 natu implorasset, ut suspectus in parricidio, & ob id latens
 per Triumvirum conquereretur, ac iustus P. C. comprehensus
 esset, non solum eum non notavit, sed etiam decedens, Do-
 minum omnium esse voluit, quem genuerat, hæredem insti-
 tuit, non quem fuerat expertus. *Val. Max. l. 5. c. 8.*

Homo quidam plebejus cum à filio nefti sibi insidias com-
 pensisset, nec inducere animum posset, ut verum sanguinem
 ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suspi-
 cans suppliciter rogavit, ne se ulterius elaret, si illum ado-
 lescentem subjecisset, si ve ex alio concepisset. Afferatio

ne deinde ejus, & jurejurando se nihil tale debere suspicari per-
 fuasus, in locum desertum filio perducto, gladium, quem fe-
 cum occultum attulerat, tradidit, ac jugulum ferendum præ-
 buit, nec veneno, nec latrone ei ad peragendum partidicum o-
 pus esse affirmans. Quo facto non paulatim, sed magno im-
 petu recta cogitatio pectus juvenis occupavit, continuoque
 abjecto gladio: Tu vero, inquit, pater, vive, & si tam obsequens
 es, ut hoc precari filio permittas, me quoque exupera. Sed
 tamen quæto ne meus erga te amor sit vilior, quod à peniten-
 tia oritur. Solitudo sanguine melior, pacioreque penatibus
 sylvæ, & alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatæ, quam
 datæ vitæ felicis beneficium. *Val. Max. l. 4. c. 9.*

DARIUS civis Romanus, cum filium in manifesto crimine
 vitæ suæ insidiatum deprehendisset, Augustum, arque alios
 amicos in consilium adhibuit. Qui cum damnarent omnes fil-
 lium, ipse tamen cum Massilian relegate satis habuit. *Fulg.
 lib. 5. c. 9.*

SEVERUS Romanorum Imp. licet sciret insidias sibi à filio
 Antonino Caracalla paratas, qui à tergo stricto gladio impe-
 tum in parentem fecerat: tamen à milibus defensus, ne ver-
 bum quidem ad filium primum dixit: sed perfectis protribu-
 nali rebus necessariis, in prætorium reverfus, ibique filium, F
 & Papinianum, & Castorem ad se vocavit, deinde gladium
 in medio collocari iussit. Hic filium increpat, quòd tantum
 facinus esset committere ausus. Tandem ait: Si me cupis in-
 terficere, hic interfice. Quod si id recusas, aut times tua
 manu facere, adest tibi Papinianus præfectus, cui imperare
 potes, ut me interficiat. Hæc cum dixisset, filium illatum di-
 misit. *Dion. Niceus.*

Carolus Magnus cum vidisset Eginardum episcopatam ma-
 gistrum, noctu à filia sua ex humeris pendente per nivem
 bajulari, ne manè, qui alia, quam mulieris vestigia in gym-
 necum ducentia deprehenderet in principum corona distinula-
 to nomine, proposuit facinus, & collegit sententias de pe-
 nis. Ac cum audivisset omnes supplicio illos adjudicare, E-
 ginardum, & filiam suam abduci iussit, & dixit Eginardo:
 Do tibi portaricent tuam in legitimam conjugem, cujus te a-
 more video esse captum. *Jacobus Curio l. 2. Rerum Chronol.
 Eandem historiam vide supra.*

Idem, cum jam secundo Pipini filii spurii conjuratio in eum
 detecta esset, nihilo iratior, quia primò ignovisset, parentem
 se magis, quam regem offendit. Namque non ultra in eum
 animadvertit, quam ut profiteri monachalem religionem co-
 geret. *Fulg. in Egnat. l. 5. c. 9.*

Idem in conventu ad villam Theodonis, iis, qui cum Ber-
 nardo nepote suo contra sese conspiraverant, non modò vi-
 tam donavit, sed etiam possessiones judicio legis in filicam re-
 dactas restituit: & Halardum, & Bernardum ab exilio revoca-
 tos, in Corbesjense cœnobium remisit, ac de via nimia af-
 peritate publicam confessionem fecit, & penitentiam egit.
Aimoinus l. 4. c. 108. de Francis.

Fulco Andegavensis comes, postquam vivens Comitatus
 honorem filio Gaufrido tradidit armis postea, laboreque ma-
 gno, quia acerbe populis imperabat, honore cum deiecit: nec
 tamen multò post eum restituit. Nam filius agnita culpa ad
 patrem venit, jumentariaque sella in tergum recepta, patris
 pedibus ad volutus veniam petiit. Quem cum pater pede ter
 calcasset, improperans, tandem victum esse: ei filius haud
 confertato animo respondit: A te pater, fateor, me vi-
 ctum, quia cum pater sis, æquum est: ceterum cum aliis
 omnibus longè aliter sentio. *Fulg. lib. 5. cap. 9.*

FRIDERICUS II. Imp. filium Henricum, quem Romanorum
 Cæsarem creaverat, rebellem recepit in gratiam. At cum si-
 dem non fervaret, in custodia illum servavit. *Hedio in Chro-
 nico German.*

ULADISLAUS I. Polonorum rex Sbigneum nothum monasti-
 ca vita relicta regnum affectantem, acie victum cepit, sed
 procerum precibus expugnatum, venia data, pro filio agno-
 vit, & cum Boleslao legitimo filio, juvene fortissimo, ma-
 gno cum reip. malo, honore cum exauquavit. *Crom. l. 5.*

CAROLUS VII. Gallorum rex, cum majorem natu filium
 Ludovicum rebellem haberet (etenim patris hostibus semper
 adhæserat) moriens tamen, quamquam minore natu ob-
 sequentem haberet, regni successione non privavit. *Fulg. l.
 5. cap. 9.*

Blanca Vicecomes Mediolanensis dux, est à Galeacio filio
 ducatus administratione, post viri Francisci Sforcia mortem
 privata, magnis quoque aliis in rebus, graves ab eo injurias
 tulerat, & aliam eam filii vehementer revererentur: tamen cum
 Cremona urbe dotali jure potiretur (quam si alii liberis
 reliquit